Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Monumenta Varia Inedita Variisqve Lingvis Conscripta**

## Trimestre Tertium

Jenae: Bielckius, 1714

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825815894/phys_0001

DFG

~~LXXIII. 8.~~

72-a-4.

Hierin zwei Tabellen.

Rb-2685.

~~Ra-1018.~~

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825815894/phys_0002

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825815894/phys_0004
DFG

# MONUMENTA VARIA INEDITA

## VARIISQUE LINGUIS CONSCRIPTA,

Nunc ſingulis trimeſtribus prodeuntia

è Muſeo

JOACHIMI FRIDERICI FELLERI

Secretarii Vinarienſis.

TRIMESTRE TERTIUM.

JENÆ,
apud JO. FELICEM BIELCKIUM
M DCC XIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0007
DFG

## Series Monumentorum; quæ Trimeſtre tertium complectitur.

XIII. Cardinalis *Noris* Epiſtola reſponſoria ad Amicum de purpurâ donatâ ſibi congratulantem. 1696.

XIV. Lettre de Monſieur *Berault*, Profeſſeur Royal en langue Syriaque, à Mr. Ludolff, de ſa traduction d' une lettre du Roy d' Etiopie, & du Livre de Henoq. 1702.

XV. Brevis Diſquiſitio, utros incolarum Germaniæ citerioris aut Scandicæ ex alteris initio profectos veriſimilius ſit judicandum, *Authore Godofredo Guilielmo Leibnitio*. 1697.

XVI. Excerpta ex Magiſtri Hermanni Korneri, Monachi Dominicani, Chronico MS. (de quo vid. Trimeſtri I. p. 39.) ea potiſſimum loca, quæ ex Chronographo quodam inedito, EGGHARDO, delibavit, & quæ in Collectione Scriptorum Brunſvicenſium Leibnitiana non reperiuntur, exhibentia, cum notis J. F. Felleri.

XVII. Additamentum ad Excerpta ex Korneri Chronico MS. ad An. 1169. ſive *Proſapia Sereniſſ. ac Potentiſſ. Regis magnæ Britanniæ nunc regnantis*, GEORGII LUDOVICI, *Ducis Brunſvic. & Luneburg. S. Rom. Imperii Archi-Theſaurarii & Electoris*, à VVILHELMO CONQUÆSTORE derivata (futuris nundinis Lipſienſibus cum probationibus & notis J. F. Felleri iterum proditura.)

XVIII. Extracte aus ungedruckten Brieffen. Von der wahren Theoſophia. Von D. Menzeri zu Darmſtadt Tode/ Strittigkeiten etlicher Theologen, und Holtermanni Schrifften. Von D. Pfuels zu Stettin Streit mit D. Rango, und D. Wolffens mit D. Schomern. Dimiſſions-Reſcript, welches am Chur-Sächſiſchen Hofe dem ſeel. Herrn D. Spenern An. 1691. ertheilet worden.

# XIII.

## *Cardinalis Noris Epiſtola reſponſoria ad amicum de purpurâ donatâ ſibi congratulantem. 1696.*

Vir Illuſtrisſime.

QUæ erga me benevolentiæ deputo, quod Vaticanam mihi purpuram à Pontifice maximo donatam gratularis. Verum ſi meum potius animum, quam vulgarem hominum opinionem perſpectam haberes, conſolatoriam plane epiſtolam deſtinaſſes. Nam memet meis libris mortuum conqueror, cum à literario otio in ingentium negotiorum theatrum tractus, in alium me pene orbem translatum video, ut quinam & ubinam in præſentia ſim, fere neſciam. Hoc certe ſcio me tot undique negotiis diſtrictum, nihil à duobus menſibus didiciſſe, ac tot mihi dies ſine linea elapſos fuiſſe. Equorum ac rhedarum cura agenda eſt, viginti & octo inſervientium familia alenda, palatium multa variaque ſupellectile adornandum, aliaque negotia me domi occupant. His adde tempus, quod mihi ſuas lites eccleſiaſticas expoſituri ſurripiunt, quos reducto ſubinde velo cogor audire. Jam vero major dierum pars foris etiam in publicis, uti vocant, congregationibus peragendis conſumitur, ita ut qui olim tempori pro arbitrio dominabar, modo tempori inſervire compellar. I nunc amicorum cariſſime, ac meis impactam humeris purpuram adgratulare. Cæterum ne tuam aliorumque lætitiam turbare videar, ipſe quoque ſpeciem induam iucundiorem, tibique etiam gratias referam, quod adeo effuſæ lætitiæ indulgeas. Non poſſum tamen non tibi partum otium invidere, quo fit ut totus tui juris ſis, tibique to-

tus vivas. Interim ſcito me quidpiam nuper didiciſſe, nempe parum prodeſſe veteris rei numariæ ſtudium, cui dudum tanta alacritate incumbebam; nam cum multam ſupellectilem pro decore delatæ dignitatis adornandam ſuſcepiſſem, opifices vetuſta numismata irridentes, recentes argenteos aureosque nummos aſperè exigebant, ita ut in præſentia Syriaca numismata, quæ tanti faciebam, nullum præſidium attulerint. *Bellorius* tuus amicus ſenectute confectus antiquarium domi agit, ac ſubinde quædam cimeliorum diſtrahit, moleſtæ jam vitæ pertæſus. Ipſe tamen in tanta jactura inſignem titulum indeptus ſum, quo Auguſtiniani religioſi meum ſepulchrum decorabunt. Tu vero, Vir doctisſime eadem, qua me privato, nunc quoque purpurato facultate utaris velim, ubicunque mea tibi opera alicui uſui futura videatur. Vale, Romæ quo die Valentinianus Senior purpuram induere metuit, Anno 1696.

Tui nominis

amantisſimus cultor

F. Henr. Cardinalis Noris.

---

# XIV.

## *Lettre de Monſieur Berault, à Mr. Ludolff, de ſa traduction d' une Lettre du Roy d' Etiopie, & du Livre de Henoq. 1702.*

SE ne croy pas que mon nom ny mon viſage vous ſoient connus, quoyque j' aye eu l' honneur de vous voir deux fois, lorsque vous eſtiez à Paris il y a dix huit ou dix neufans, que j' accompagnois feu Mr. *Piques*, Docteur de Sorbone, mon bon amy, & j' admiray dans la converſation que nous euſmes avec vous la profonde connoiſſance que vous aviez des langues Orientales, principalement de l' Ethiopienne. Cela me donna du gouſt pour cette langue, & comme j' avois fait de grands progrés dans ces langues, cela me donna beaucoup de facilité pour celle là. Quelques affaires m' eſtant ſurvenuës alors

alors, j'en remis l'etude en un autre temps, & je n'ay point repris cette eſtude, ne croyant pas qu'il ſe trouvaſt jamais d'occaſion, ou cette langue me puſt ſervir. Elle s'eſt neantmoins preſentée pour ce ſujet. Le Roy d'Etiopie ayant eſcrit une lettre au Roy, Monſieur le Comte de Pontchartrain fit eſcrire à Mr. de la *Croix Petis*, Profeſſeur Royal en langue Arabe, & interprete du Roy en la langue Turque, pour ſavoir s'il n'yavoit perſonne à Paris, qu'entendoit l'Etropien. Mr. de la Croix m'en eſcrvit, & je luy fis reponce, que je l'avois autrefois eſtudié, & que ſi on me vouloit donner du temps, j'eſperois de pouvoir traduir cette lettre. Ladeſſus j'ay receu un ordre de Mr. de Pontchartrain d'y travailler: ce que j'ay fait, & j'ay eu l'honneur de luy preſenter la traduction, que j'en avois faite en françois, & luy ay remis l'Original Etiopien entre les mains. Je ne me vante pas que cette traduction ſoit fort exacte; veu le peu de connoiſſance que j'avois de cette langue. Il y a meſme quelques mots, qu'on ne trouve point dans vôtre dictionnaire. Et comme j'en parlois un jour à Mr. *l'Abbé de Longue Ruë*, dont tout le monde connoiſt le merite, & qui m'honore de ſon amitié, il me dit, qu'il falloit vous conſulter la-deſſus, comme le ſeul homme dans l'Europe, qui poſſedaſt en perfection cette Langue, & que meſme je vous ferois plaiſir, ſi je vous voulois communiquer mes doutes. Cette *Lettre du Roy d'Etiopie* n'eſt qu'un compliment au Roy, & elle contient une longue expoſition de la creance des Etiopiens ſur la religion Chreſtienne, laquelle il fait, conſiſter en cinq articles, Savoir de la Trinite, l'Incarnation, le Baptisme, l'Euchariſtie, & la Reſurrection des morts. Et cette expoſition contient la plus grande partie de la lettre. Il s'eſtend fort ſur les deux premiers, & cite quantité de paſſages de la Bible, de Saints Peres, comme de S. Ignace, de S. Athanaſe, & d'un Abba Filalus, qu'il intitule Patriarche d'Alexandrie. Mais entre les Prophetes il rapporte quelques *paſſages de Henoq*. J'ay voulu ſavoir, ſi je les trouverois dans *la Prophetie* qu'on dit *de Henoq, qui eſt dans la Bibliotheque du Roy*, mais je ne les y ay point trouvez: ce qui fait voir, que celivre de la Bibliotheque du Roy, n'eſt point le Henoq, que les Etiopiens diſent avoir en leur langue. Il dit en ſa lettre en parlant de Henoq . . . (verba Æthiopica

thiopica hîc erant ſcripta) je vous prie donc, Monſieur, de me dire, quel eſt ce *livre de Henoq du monde Angelique*. J'ay ecrit ſur une feuille de papier à part, & je vous envoye ſur la parole de Mr. l'Abbé de Longue Ruë (car je n'aurois jamais osé prendre cette liberté de mon chef) les endroits de cette lettre, qui me ſemblent obſcurs, & principalement celuy, ou il parle des erreurs touchant l'Incarnation. Vous avez traité cette matiere merveilleuſement bien dans le Commentaire ſur l'hiſtoire d'Etiopie. Je Suis avec un profond reſpect

Monſieur

vôtre treshumble & tresobeiſſant Serviteur,
BERAULT, Profeſſeur Royal en langue Syriaque.

A Paris le 18. Mars 1702.

Monſieur Feller, que j'ay rencontray heureuſement pour moy à la Bibliotheque du Roy, m'a aſſuré que vous avez fait une nouvelle edition de voſtre Grammaire & de voſtre Dictionnaire avec les Pſeaumes. Vous me ferez un ſingulier plaiſis de me les envoyer. Et ſi vous m'honorez d'une reponſe, vous l'adreſſerez à Mr. l'Abbé de Longue Ruë s'il vous plaiſt.

---

## XV.

### *Brevis Diſquiſitio, utros incolarum Germaniæ citerioris aut Scandicæ ex alteris initio profectos veriſimilius ſit judicandum. Autore Godofredo Guilielmo Leibnitio. 1697.*

1.

Cum ex ſermonibus Domini *Benzelii*, Juvenis Suedi Doctisſimi ornatisſimique, ab illuſtri *Sparrenfeldio* mihi commendati, intellexiſſem, multis eruditis ejus gentis perſuaſum eſſe, Germanos noſtros

ſtros ex illis ultramarinis originem ducere, qui Scandicam peninſulam ab antiquis temporibus habitarunt, mihi vero contrarium veriſimilius videretur, putavi non male me facturum, ſi quæ nunc quidem ſubitanea meditatione in mentem venerunt, in chartam conjicerem, ut veritas magis magisque collatis argumentis erueretur. Nihil enim adhuc decretorium apud me conſtitutum habetur, nec demonſtrationibus ſed conjecturis hactenus agere poſſum. Et ipſas conjecturas nondum ſatis ordinavi ſuisque momentis expendi, ut pronuntiare ſententiam auſim. Interim quò nunc inclinet animus, exponam.

2. Equidem egregiam Suedorum operam in eruendis antiquitatibus mirificè laudo, & agnoſco interdum falſas etiam vel incertas opiniones utiles eſſe hominibus ad præclara excitandis, uti ſane ſpes agricolam alit, & ambitio fortitudinem ſtimulat, & *tria magna mania*, Lapidis philoſophici, motus perpetui, & quadraturæ circuli, tres inſignes ſcientias mirifice locupletarunt, ut adeo Hugenii conſilium propemodum probem, qui impoſſibilitatem Tetragonismi circularis, etiamſi haberi poſſet, malebat non demonſtrari. Et ne ſi poſſem quidem (quod non poſſum) omnia evertere, quæ ingenioſiſſime commentus eſt, aut erudite in honorem gentis ſuæ propugnavit late patentis Vir doctrinæ magnique acuminis *Olaus Rudbeckius*, eam operam ſumendam putarem, ne ſcilicet ille laudatiſſimus popularium ejus ardor antiqua inveſtigandi monumenta reſtingueretur. Fas tamen puto & noſtros in partem venire laudis, & pari diligentia antiquitates ſuas vindicare. Mihi autem ultra partium ſtudia affectusque attollenti animum, & patriam communem humani generis intuenti, contendere argumenta argumentis placet, æquali lucro, utra pars vicerit, dum veritatis cognitio augeatur. Atque hoc nunc quidem juſta cura agere non poſſum, ſed feſtinatas tantum cogitationes chartis inſcribo, ut occaſionem præbeam altiori disquiſitioni.

3. Ante omnia autem aſſumo ex Scripturæ Sacræ autoritate homines ex Aſia in Europam veniſſe. Nam ſi quis contemtis Sacris Scriptoribus gentes paſſim autochtonas ſtatueret, is conſiderans quod res eſt magnam Orbis noſtri partem aquis merſam fuiſſe, facile in eam poſſet venire ſententiam, cum primi eminuerint altisſimi montes,

homines prius in rupibus, quales ſunt Suedi & Norvvagi, habitaſſe, ac deinde paulatim in planities noſtras, ubi incœpere Siccari, deſcendiſſe. Sed ſi Suedorum & Norvvagorum majores ad habitandas Septentrionis rupes ex Oriente advenere, jam quæſtio tantum eſt, utrum per Finnoniam & Lapponiam, an per Germaniam noſtram veniſſe, veriſimilius judicentur.

4. Sed & hoc monendum puto, cum de Suedorum Norvvagorumque majoribus quæro, non ideo à me intelligi primos Scandinaviæ habitatores, quin hos ab illis potius diſtinguendos videri. Fortaſſe enim ante Germanicarum Coloniarum adventum tractus illos transmarinos genuini magis Septentrionis filii Finnonico-Lapponicæ originis utcunque habitavere, donec, ut fieri ſolet, Germanicæ gentes jam cultiores nonnihil, ut inter barbaros & ex manſuetiore tractu venientes, mari & Germaniæ viciniora obtinuere, prioribus habitatoribus ad interiora montium ſylvarumque latibula compulſis. Præſentium ergo Incolarum majores ab antiquiſſimis habitatoribus diſtinguendos puto, quamdiu nondum definita eſt controverſia, nec ſatis demonſtratum, nullos alterius generis homines, ante Germanici generis colonos illic habitaſſe.

5. Et cum *Germanos*, *Teutones*, *Suevos*, *Gothos*, *Vandalos*, *Suedones* vel *Suiones*, *Saxones*, *Francos*, *Alemannos*, *Anglos*, *Danos*, *Normannos* &c. ejusdem generis eſſe populos ipſius indicio linguæ conſtet, quo nullum eſt certius cognationis gentium argumentum, recte hos omnes eſſe dicimus germanicæ vel teutonicæ originis populos, antiquisſimorum autorum ſecuti exemplum, Taciti inprimis, qui quicquid huius eſt linguæ Germanicum vocat. Et quia *Germani ab Herminonibus autoreque horum Irmino dicti videntur* (ut alias à me oſtenſum eſt) & hic ipſe à Teutone vel Tuiſtone jam ipſius Taciti ætate creditus eſt deſcendiſſe, putem non minori jure Teutonici nominis quam Germanici appellationem latisſime porrigi. De *Gothico* vero nomine idem dicere non auſim, quaſi eo cunctæ Germanicæ gentes recte comprehendantur, quamdiu ſcilicet demonſtratum non eſt cæteros Germanos ex ipſis fluxiſſe. Nam quod quidem Scytharum & Gothorum idem eſſe vocabulum arbitrantur, etſi abſurdi damnare nolim, tamen nec veriſimile agnoſcere poſſum. Interea de

nomi-

nominibus litigare cum quoquam nolim, quoties de re convenitur, & hæc tantum affero, ne temere videar Suedones ſub Germanico vel Teutonico nomine comprehendiſſe.

6. Sed nunc ad indicia venio, unde conjecturæ ſumi poſſe videntur *de ordine migrationis*, utrum ſcilicet Germanicæ gentes prius ex noſtra Germania in Scandiam venerint an contra. Et Germaniam noſtram prius quam Scandiam à Germanis gentibus habitatam aliquis fortaſſe non injuria malit, primum quod credibilius eſt, aliis ſepoſitis, minorem partem eſſe ramum majoris, quam radicem. Unica enim radix eſt, multi rami, & in dubio tutius eſt alicui rei aſcribere quod frequentius eſt, multisque commune, quam quod rarius eſt propriumque unici. Itaque minorem partem à majore fluxiſſe juſta præſumtione credetur, niſi illa radicalis eſſe & ſeminalis peculiaribus argumentis oſtendatur. Majorem autem multo partem eſſe Germanorum citeriorem, quam Scandicam, puto negari non poſſe. Præſertim cum olim Jornande teſte, & aliis quoque antiquis autoribus Germania Ciſmarina à Tanai ad Rhenum fuerit porrecta, & ad Meotidem paludem Pontumque Euxinum Germanicæ gentes diu habitarint.

7. Deinde ſi Scandia velut centrum eſſet & fons germanici nominis, cum ex centro in omne latus prodeant lineæ, conſentaneum foret, ut Germanicæ gentes non huc tantum effunderentur, in Daniam ſcilicet & cisbalthicas regiones, ſed etiam nonnihil expanderent ſeſe in aliud latus, verſus Fennones ſcilicet & Ruſſos. Cum tamen contrarium experiamur, & omnis lingua natioque Germanica cum ipſis Suedis & Norvvagis abrumpatur.

8. Unde ex ſitu locorum veriſimilior apparet hypotheſis conjicientium, ut in magna inundatione eò usque porriguntur aquæ, donec objectu collium vel aggerum coerceantur, ita Germanicas gentes poſt magnam Europæ partem impletam in ultimum usque Septentrionem exundantes, tandem objectu Botnici Sinus & inacceſſarum rupium ſubſtitiſſe, & *Suedos non tam tempore primos quam ſitu extremos Germanorum fuiſſe.*

9. Et hoc argumentum ab abrupto illic germanico ſermone vel ideo in contrariam hypotheſin valere debet, quod ejus defenſo-

res

res Germanos omnes ex Fennonia per Sueciam veniſſe volunt. Unde mirum merito videri debet, nullum in toto illo trans Botnicum tractu apud Finnones vicinosque ſupereſſe Germanicæ linguæ nationisve veſtigium, & velut reliquias tantæ migrationis. Equidem poſſibile eſſe fateor, ut quicquid illud eſt fuerit deletum, ſed non omne quod poſſibile veriſimiliter aſſumitur ſine probatione, & ſemper id potius credendum eſt, quod maxime fieri ſolet, & quam minimum ſupponit mutationis.

10. Contra *Germanos*, cum ab Oriente utique huc venerint, ex *Scythia potius & Ponti Euxini vicinia* ad Danubium Rhenumque *veniſſe* vel ideo credibilius eſt, quod certis teſtimoniis veterum conſtat in illis regionibus olim habitaſſe Germanicas gentes. Quin etſi deeſſet antiquorum autoritas, tamen res ipſa quod dicimus comprobaret. Nam ante pauca adhuc ſecula cum Genuenſes in Taurica dominarentur, illic habitabant Germani, & vix ante ſeculum quoque Germanicæ reliquiæ in eadem religione ſuperſtites memorantur.

11. Et licet hodie fortaſſe nulla amplius ad Pontum Euxinum ſuperſint veſtigia Germanorum, non magis quam in Finnonia, & rerum converſionibus nihil novum ſit ſtirpitus tandem evelli veteres colonos, multum tamen intereſt inter ea, quæ comprobantur non minus quam dicuntur, & ea quæ dicuntur tantum; itemque inter migrationes ſedesque, quarum diu adhuc ſuperfuere indicia, & eas quarum nec extat memoria, nec reliquiæ aliquando extitiſſe memorantur.

12. Si ponamus etiam Germanos per Finnoniam & Sueciam in noſtras has oras tandem veniſſe, fatendum tamen utique erit ad Tanain & Mæotidem vicinaque loca ſedere debuiſſe, antequam ad Fennones & Balthicum mare progrederentur, quoniam ſcilicet ex Oriente venére, & ab Euphrate & Tigride fuére digreſſi. Sive enim Caſpium mare ab ortu obierint, ſive quod propius eſt per anguſtias inter utrumque mare, Caſpium ſcilicet & Euxinum, viam invenerint, credibilius eſt mitiora & mari utrique viciniora loca tenuiſſe, quam remotiſſimis Scythiæ deſertis immerſos, per Samojedas & glacialis Oceani ripas, calcatis paludibus difficillimo itinere circumiviſſe. Niſi quis ſcilicet quidvis ſine argumento & veri ſpecie aſſerere ſibi permiſſum putet.

13. Quod

13 Quod ſi ergo Germanicæ gentes prius ad Tanaim & Euxinum Pontum, vicinaque in Scythia habitavere, quam in Finnonia & Suecia, cuivis jam æſtimandum relinquo, utrum factu credituque
" ſit facilius, à Tanai ad Danubium Albimque & Rhenum rectiſſi-
" mo apertiſſimoque, quin etiam commodiſſimo uſitatiſſimoque
" itinere ventum fuiſſe, quam omne genus Germanicum mirificis
" anfractibus per Sarmatiam ad Finnones, atque inde vel per Lappo-
" nas, vel per Botnicum mare ad Suecos, atque hinc demum in Ger-
" maniam noſtram fuiſſe traductum. Ut neſciam an quicquam ab
" omni ſpecie veri alienius fingi poſſit.

14. Sane hodieque, ubi multa faciliora ſunt quam olim itinera, ex centum exteris, qui de citerioribus oris in Scandinavium venere, (exceptis quos naves per Oceanum adducunt) vix unum putem acceſſiſſe eo itinere, quo totum Germanicum genus veniſſe volunt ſententiæ adverſæ Patroni. Cum plerosque omnes id potius iter facere conſtet, quod nos veriſimilius judicamus.

15. Ac ſpero quidem ſaltem ipſos Suedos circumitioni Sinus Botnici in deſignandis majorum ſuorum noſtrorumque hoſpitiis renunciaturos. Quantæ certè ſint in remotis illis gentibus viarum difficultates, vel doctiſſimi *Bilbergii* nuperum ad extrema regni Suediæ, juſſu ſapientiſſimi Regis, obſervationum cœleſtium cauſa ſuſceptum iter oſtendit.

16. Rejecto ergo Germanorum per Lappones tranſitu ſupereſt, ut Germani ex Scythia & Euxino Ponto venientes, per Finnoniam transmiſſo Botnico ſinu tranſierint in Suediam, atque inde per Daniam & Balthicum mare ad Albim Viadrumque, ac porro demum ad Danubium ſint profecti. Quod ſane iter maximum ac difficillimum mirifice ab omni veri ſpecie alienum eſſe nemo non videt, cum à Tanai ad Danubium nullo negotio, ſolo Boryſthene & Tyra transmiſſis perveniri poſſit.

17. Fateor tamen iter hoc utcunque anfractuoſum facile concocturos, qui *Ulyſſis hodæporicon* ferre poſſint, *quod nobis doctiſſimus Rudbeckius dedit, magno quidem doctrinæ apparatu, & acumine non minore, ſed nulla veri ſpecie*; ut injuriam me facere putarem celeberrimo Viro, ſi quid in eo ultra elegantem ingenii luſum ſibi propoſuiſſe crederem.

18. Utique ſine exemplo eſt à Tanai ad Danubium tendi per Ruſſiam, Finnoniam, Sueciam, Daniam & Germaniam denique Daniæ ac Danubio interjectum, tanto terrarum Spatio, tot peragratis gentibus, itinere toties flexo, tot fluminibus maribusque transmiſſis. Sed à Tanai ad Danubium iri per Boryſthenem & Tyram, ita planum uſitatumque eſt, ut nihil poſſit magis. Et exempla habemus plerarumque gentium Scythicarum quæ in Romanum Imperium irruperunt; Ut olim Gothi, Alani & Hunni, poſtea Slabini, Bulgari, Avares, Hungari, Cumani, Tartari. Nec facile iter reperietur magis gentium migrationibus tritum.

19. Immo à Tanai ad Danubium unam ſolidam continuamque olim habitaſſe gentem magno inter alia indicio docere videntur cognata non horum tantum duorum, ſed etiam interjectorum magnorum fluviorum nomina, ab una eademque utique gente impoſita. Quis enim non videt conſonare *Tanaim*, *Danaprum*, *Danuſtrum*, *Danubium*? ut Jornandi Gotho appellantur. *Danaper* autem eſt qui vulgo *Dnieper*, veteribus Boryſthenes, & Danaſter eſt qui olim Tyras, hodie *Dnieſter*, cui credibile eſt etiam *Iſtri* nomen aſſonare etſi Danubio tributum. Sæpe enim gentes eædem diverſis fluminibus eadem nomina impoſuere, & ſic plures apud Cheruſcos *Bodæ*, apud Hermunduros *Mildæ*, apud Ripuarios *Moſæ*, apud Pannonios Dacosve *Muræ*, *Moravæ* aut Mariſii. Nec dubium eſt propria vocabula aliquando appellativa fuiſſe, ut nunc quoque *Elba*, *Scandis*, appellativa fluvii vox eſt, propria nobis. Idem de *Dena* dicendum, quatuor magnis fluviis ab habitatoribus attributa, quos vel inde porrectos fuiſſe apparet à Tanai ad Sueviam, in qua hodie *Donesching* (forte Donespring) ad Danubii fontes villa.

20. Certe *Dacos* & *Getas* (quos fuiſſe eosdem vel cognatos cum Gothis veriſimile arbitror) ut ſitu vicinos, ita cognatione junctos fuiſſe referunt. *Baſtarnas* quoque Germanicam nationem vel Gothicam fuiſſe à veteribus indicatur. *Rhætos* Alpinasque gentes Semigermanas Livius dixit. *Gothos* ab Hunnis pulſos ſub Valente Auguſto in Romanum Imperium irrumpentes à Ponto Euxino veniſſe diſerte habetur. Continuabantur ergo Germaniæ nationes à Tanai ad Rhenum etiam Jornandis Gothi teſtimonio.

21. Ex

21. Ex his jam ſatis intelligitur (quando parata erat continuataque connexio Danubianorum Germanorum cum antiquisſimis gentis ſedibus in Scythia, quæ ipſas Scandicas tempore anteibant) fruſtra per Fennos & Svionas circumduci origines Germanorum, ut ad illum ipſum Danubium redeatur, cui jam tum tam prope asſidebant, quaſi flumine ad fontes usque ipſos redeunte. Quod ſi Danubiani ex Scythia & Ponti littoribus, non circumflexo incredibiliter per Scandiam, ſed recto itinere & ſolito ſunt petendi. Jam puto neminem tam obſtinatum fore, ut cæteros Germanos ad Albim, Viſurgim, Rhenum, ex Scandia unice arceſſendos arbitretur.

22. Unde nunc ultro conficitur, quod initio dicebamus multò quam contrarium eſſe *veriſimilius, primos Germanos Scandinavios colonos eſſe citeriorum*, ut Angli Saxonum, Britones veterum Gallorum, Islandi Norvvagorum, & Inſulani vel Peninſulani plerique continentium terrarum, quas habitatas rerum etiam ordo confirmat, & exempla quotidie oſtendunt.

23. Nec quicquam facilius eſt & convenientius mori populorum, quam Germanos ex Cimbrica Cherſoneſo in Inſulas Danicas & Scandiam ſeſe infudiſſe brevisſimo trajectu; cum longiore etiam navigatione poſtea ad Eſtios Livonosque penetrarint.

24. Sane propriam & magnam nationem per extremum Europæ Septentrionem diffuſam, à glaciali Oceano ad Balthicum mare pertinuiſſe multa indicant, quæ Fennones & reliquam vicini maris oram, tum Lappones, Samojedosque, quin & trans Rusſiam Permios & his vicinos fortaſſe complexa eſt. Sane Lappones Fennis cognatos *Schefferus* oſtendit multis argumentis, neque Eſtios & Curonas prorſus hinc alienos arbitror, & nuperæ Moſcorum ad Sinas Legationis comites notarunt, apud Permios voces Livonorum ruſticis uſurpatas. Simile aliquid de Gronlandis quibusdam accepi. Porro etſi Hunni verſus Caſpium mare habitarint, cum Perſas non minus quam Romanos infeſtaſſe ſcribantur, Fennis tamen cognatos nominis indicio quidam judicant; de Hungaris res certior eſt, quos Jornandes Siberiæ vel Sabiris vicinos facit, dum murinarum illis pellium commercia tribuit, quas Sabellinas appellamus. Hungaricam autem linguam in multis Fennonicæ conſentire jam

*Comenius* in Didacticis & *Sternielmius* in argentei Codicis præfatione notarunt.

25. Linguæ ergo indicio diſcimus unam magnam nationem variè in populos diſtinctam, pene à Siberia & Obio fluvio toti mari Cronio vel albo velut prætextam, ad Norvvagicum usque vel Deucaledonium Oceanum ſeſe extendiſſe, eosque antiquisſimos fuiſſe, & genuinos Septentrionis habitatores credi par eſt, & Scandinaviam quoque ante Germanos tenuiſſe veriſimile arbitror. Niſi putemus (quod equidem refutare non poſſum) Germanicas gentes eodem fere tempore quò Fennos, à diverſa parte in Scandinaviam ſe penetraſſe, aut antea etiam adveniſſe, cum nondum Finnonicæ nationes trans Botnicum Sinum usque ad Lapponiam Occidentalem eſſent progreſſæ.

26. Cæterum continua cognatarum Nationum Fennici vel arctoi generis interrupta labefactataque ſeries ſedesque turbatæ fuere, cum in Occidente Germani Scandinaviam irruperunt, & in Oriente Sarmatæ *Ruſſorum* nomine interiora Moſchici Imperii, inter Finnones & antiquos Jornandis Hunugaros poſita coloniis implevere. Num quoties extrema à cognatis nationibus ab antiquo occupantur, media à diverſa gente tenentur, conſentaneum eſt hanc interfuſam priorum contribules pepuliſſe.

27. Quod ſi quis tamen Finnonicas Colonias, Germanicis antiquiores in Suedia fuiſſe neget, & Suedos primos loci habitatores omnino velit, de quo §. 4. & 25. nonnihil dictum eſt, hunc velim de argumentis cogitare quibus ſententiam firmet. Equidem favere videtur ipſum nomen *Suediæ*, quod terram novalem exciſis exuſtisque arboribus culturæ aptam redditam ſignificare accepi, ſed fortaſſe antiqui illi habitatores Sylveſtres fuere, quales hodieque Lappones & alios feros populos eſſe videmus, qui non agricultura ſed venatu piſcatuque victitant, ut ſupervenientes demum Germani novalem fecerint terram.

28. Multum ad quæſtionem hanc accuratius definiendam facerent *etyma locorum, fluviorum* maxime & *montium*, quorum nomina ſunt *nominibus villarum antiquiora*. Quod ſi enim multorum locorum nomina etymologiam manifeſtam ex lingua Suedica vel

etiam

etiam *Islandica* (quæ *antiqua Scandica eſt*) non recipiunt, valde verendum eſt, ne alterius linguæ populi in Suedia habitarint.

29. Sed ea inquiſitione harum rerum peritioribus delegata, *nobis illud veriſimillimum reddidiſſe ſuffecerit, Germanicum omne genus minime ex Scythia per Finnoniæ Suediæque circuitus in has oras fuiſſe delatum, ſed potius à Tanai ad Danubium atque inde porro recta via progreſſum, inde ſeſe in Scandinaviam ex Saxonia infudiſſe.* Quod tamen antiquiſſimis temporibus contigiſſe oportet, quandoquidem jam Suedones vel Sueones Taciti ævo Germanis accenſebantur.

30. Cæterum hæc quæ contra Doctorum quorundam apud Suedos Virorum Sententiam diximus, nolim accipi, tanquam ex animo in Suedos iniquo profecta; nam meritiſſimæ gentis ornamentis libens faveo, & gloriam Hyperborei nominis *Sternielmio* & *Rudbeckio*, emiſſasque Gothorum colonias Jornandi Grotioque non illibenter concedam, tametſi viris doctis cavendum cenſeam, ne dum quicquid uſpiam inclytum eſt, levibus & pene *Goropianis argumentis* ad ſuæ gentis decus trahunt, etiam veris fidem demant.

# XVI.

## Excerpta.

*Ex Magiſtri Hermanni Korneri, Monachi Dominicani, Chronico MSto*, (de quo vide Trimeſtre primum p. 39.) *ea potisſimum loca, quæ ex Chronographo quodam inedito EGGHARDO, delibavit, & quæ in Collectione Scriptorum Brunſvicenſium Leibnitiana non reperiuntur, exbibentia, cum notis J. F. Felleri.*

Ad Ann. 912.

MOrtuo Ludovvico *ſecundum Cronicas Saxonum* Principes Teuthoniæ *Oddoni ſive Ottoni Duci Saxoniæ* regnum obtulerunt Romanorum, ſed cum grandævus eſſet, *Conradum* adoleſcentem pro ſe Regem conſtituit. Hic Oddo filius fuit *Ludolfi Ducis Saxoniæ, qui*

*ſedem ſui principatus tenuit in Cappenberg*, & fuit de ſanguine Wydekindi Regis Angarorum. Cujus gratia notandum *ſecundum Eggbardum*, quod poſtquam *Wydekindus* Rex factus fuit Chriſtianus, genuit Wikbertum Ducem Chriſtiana. *Wikbertus* vero genuit *Walbertum*, qui Eccleſiam fundavit in Wildenhuſen. Walbertus autem genuit *Ludolfum* nobiliſſimum & Chriſtianiſſimum, qui monaſterium in *Gandersheym* fundavit. Dux vero Ludolfus genuit hunc *Oddonem* ſive Ottonem invictiſſimum, qui in Regem Romanorum electus fuiſſet, ſi acceptare voluiſſet, ut præmiſſum eſt. Similiter Ludolfus prædictus, Pater Oddonis genuit *Brunonem* & *Tanquardum*, fratres Oddonis. Qui Bruno Dux *fundavit Urbem Brunſvicenſem*, qui poſtea cum fratre ſuo Tanquardo devictis Danis in Teutoniam cum multo populo rediens, incendatione quadam gravi imbrium pariter perierunt.

Ad Ann. 919.

*Conradus* infirmitatem gravem incidit ex melancolia & dolore tanti infortunii [*ſtragis nimirum, quam ab Henrico Duce acceperat. Vid. Sigebertus*] ſecundum *Egghardum*. Et videns ſibi mortem imminere, vocavit Principes & Optimates Regni, & pœnitentia ductus, *deſignavit eis in Regem Henricum filium Oddonis* ſive Ottonis Ducis Saxonum, de ſtirpe Wydekindi Regis Angarorum natum.

Ad eundem Ann. 919.

Hic Henricus ſecundum *Cronicas Saxonum* filius Oddonis habuit duos patruos, fratres videlicet ſui Patris, *Brunonem* & *Tanquardum* [*conf. Engelhuſii Chronicon p. 170. edit. Maderi*] Hi duo fratres fundaverunt Urbem *Brunswik*, quilibet ex nomine ſuo partem ſuam appellans. Unde adhuc in quibusdam veteribus privilegiis una pars civitatis *Tanquard* nominatur. Similiter ex Brunone vicus Brunonis id eſt Brunesvvik nuncupatur. Hi duo fratres Epiſcopatum, quem Karolus Magnus fundaverat in *Schydere*, transpoſuerunt in *Vallersleve*, & ibidem Epiſcopum S. Marcum conſtituerunt, qui & ibidem ſepultus eſt. Quem Epiſcopatum Succeſſor eorum filius Oddonis, fratris eorum, Henricus primus cognomento Auceps id eſt *Vogheler*, tranſtulit in Northuringiam in *Vroſe*. Sed eundem Epiſcopatum Otto primus filius ejus tranſtulit in *Magdeburg*, Archi-Epiſcopatum

inde

inde faciens, & eccleſias plures Slavorum ſubjiciens eidem. Qui autem nunc dicuntur Duces Brunſvvicenſes, tunc *Duces Saxoniæ* nominabantur, quia Brunſvvik erat eorum proprietas cum terra circumjacente usque ad tempora *Friderici Secundi*, qui tali conditione contulit *Ottoni Duci* Ducatum de Luneburg, quod amplius non debebit vacare Imperio, quamdiu hæres ſuperfuerit usque ad quartum gradum incluſive. Iſti & *Bruno & Tanquardus fratres*, cum gens Danorum in Francia crudeliter ſæviret, & poſtea Teuthoniam invaderet, eis occurrerunt & usque ad deletionem extinctam percuſſerunt. Et eum victores redirent, cum multo populo inundatione quadam imbrium perierunt. Oddo vero frater eorum, qui nomen Ducis Saxoniæ retinuerat, indiviſione Principatus inter fratres, à quo & Ducatus Saxoniæ poſtea fructificavit, regnum Romanorum habere potuiſſet, ſed cum Senectute gravatus eſſet, Conradum Regem pro ſe conſtituit. Quo celeriter defuncto, de conſenſu Principum ad Henricum filium Oddonis regnum devolutum eſt. Hic quidem *Henricus tres filios accepit de Mechtilde de Kyngelheym*, de ſemine Wydekindi propagata: Puta *Brunonem* Archi-Epiſcopum Colonienſem, *Ottonem* Imperatorem hujus nominis primum, & *Henricum* Ducem Bavvariæ, Mater autem hujus Henrici fuit *Liuthgarda*, * filia Arnulfi Imperatoris. Sororem vero ejus habuit Adalbertus Dux de Babenberga per Huttonem Archi-Epiſcopum Moguntinum nequiter traditus, & per Lodovvicum Regem interfectus. Hic Henricus primus *Brandenburg* urbem Slavorum ſuper glaciem caſtra ponens obſedit, & Slavos devicit. Contra impetum paganorum Saxoniam oppidis diverſis muniri fecit. *Myſnæ caſtrum* in monte contra Slavos ædificavit. Montem *Rammesberg* habere mineras invenit [ Engelhuſ Chron. p. 176 ] Civitatem *Goslariam* fundavit, & Urbem *Quedelingeburg*, in qua & congregationem nobilium fœminarum inſtituit, ubi *filiam ſuam primam Abbatiſſam fecit*. ** Et ut Princeps & Domina eſſet multorum Principum prædia largiſſima Eccleſiæ ſuæ donavit, quam in honore S. Servacii conſecrari fecit,

* Non Luitgardam, ſed *Hadwigidem* matrem Henrici Aucupis vocatam, oſtendit Gundling in Hiſtor. Henrici Aucupis p. 19. 20.

** Conf. infra Excerpta ad Ann. 930.

cit, miniſtrans in die conſecrationis Eccleſiæ ad refectionem Dominarum XI. fercula, XI. menſalia pretioſa & undecies mille manſos. [*Engelhuſius in Chronico p. 170. tradit Luaolfum Ducem Saxonum conſtruxiſſe cœnobium Sanctimonialium in Ganderſem, cui donaverit XI. millia manſa juxta numerum XI. millium SS. Virginum.* Videntur hæc, quæ de fundatione Quedlinburg & Ganderſem dicuntur, confundi.]

Ad Ann. 923.

Henricus Rex quoscunque fures & latrones manu fortes & aptos bello capiebat, *ſecundum Egghardum*, indulta eis venia, agros & arma contulit, & legionem ex eis faciens, ad debellandos Barbaros expoſuit, præcipiens eisdem, ut civibus omnino parcerent.

Ad Ann. 925.

## De irruptione Hungarorum in Saxoniam.

Sexto Anno Henrici, qui eſt Domini DCCCC. XXV. Henricus Rex, ſecundum *Vincentium in Speculo* cum Ungaris pacem fecit ad novem annos duraturam, data eis magna pecuniæ ſumma. Medio autem tempore terram ſuam oppidis & caſtris munivit, cavens ne amplius ſic Chriſtiani à paganis premerentur. Completis autem novem annis Ungari per legatos ſuos exegerunt tributum à Henrico, quod eis ſolvere conſueverat ante pacem factam. Sed Henricus in Signum contemptus & abjectionis eorum *catulum præciſum auribus & cauda miſit pro tributo.* (*a*) Propter quod Ungari exacerbati graviſſime, cum CXX. millibus pugnatorum Saxoniam intraverunt, omnia loca tranſitus eorum devaſtantes. (*b*) Unde populus Thuringorum *in oppido* quod *Lieben* * vocatur ſe recipiens, ibidem à LX. Ungarorum millibus eſt obſeſſus, reliquis LX. millibus per Saxoniam diffuſis, & prædas & cædes atrociter agentibus. Henricus autem Rex cum IV. tantum millibus hoſtes improviſos aggreditur, & eos ad confuſionem extremam exterminavit. (*c*) Nam qui gladio evaſerant, miſere nudati receſſerunt, qui vero fuga elapſi fuerant, turpius in paludibus ſubmerſi perierunt. Unde etiam dici ſolet, quod *palus in Waggerleve*, quæ dividit nemora Eluionem & Huyonem, ad tantum profunditatem ex tanta multitudine fugientium depreſſa ſit.

Qui

Qui vero ad fugam expeditiores erant, venientes ad ſocios in obſidione Lichen oppidi poſitos, fecerunt eis horrorem tantum, ut & ipſi ſimul cum fugientibus fugerent, & omnis terræ populus exultans eis inſultaret ut fatuis.

(*a*) In dubium hoc tributum vocat Sagittarius in Antiquitatibus Marchionatus Thuringici MS. cap. 4. §. 5. his verbis: Daß König Heinrich den Ungarn den Tribut geweigert, iſt gewiß aus Witikindi Annal. und ſtimmet hiermit auch Gobelini Coſmodromium ein. Ob aber an ſtatt des gefoderten Tributs der König den Ungarn einen räudichten Hund mit abgeſchnittenen Ohren und Schwantz zugeſchicket, zweifle ich ſehr. Es haben zwar dieſes der Auctor Compilationis Chronologicæ à madero editus, der Auctor Chronici Mindenſis, Engelhuſius, Aventinus und Spangenberg, Tidericus Lange in ſeiner Saxonia, ſie ſind aber zu dieſer Sache gar zu jung, und kömmt mir glaublich vor, daß dieſer ſchäbichte und an Ohren und Zagel verſchnittene, aus dem fetten Hunde formiret worden, welchen die Wenden in Meißner-Lande den Ungarn aus Hohn zugeſchicket, davon Witichindus.

(*b*) Illo tempore ſpecus illas, in quas homines præ metu ſe receperant, nomen Germanicum, Zwarglöcher, ſortitas, opinatur Sagittarius in Excerpto ex MSto citato, quod à nobis communicatum plurimum reverendus Autor Obſervationum Miſcellanearum Germanicarum, Parti 18. inſeruit.

(*c*) Luitprandus de hac victoria ſcribit: l. c. cap. 9. Hunc vero triumphum tam laude quam memoria dignum, ad *Meresburgum* Rex in ſuperiori cœnaculo domus per ζωγραφίαν, id eſt picturam notari præcepit, adeo ut rem veram potius quam veriſimilem videas. Otto Friſing. L. C. Chron. cap. 18. Titulum victoriæ in palatio Mersburgk, quæ & Martinopolis pingi fecit. Sagittarius erinnert hierbey an oban-geführten Orth; Zu mercken, daß dasjenige, ſo von König Heinrichs ſieghafften Schlacht wider die Ungarn bey dem Luitprando zu finden, mehr zu der, welche vor dem Ungariſchen Stillſtand, als nach demſelben gehalten worden, zu rech-

nen, und daher viel in der Hiſtorie confundirt ſey. Die Umſtände, welche Spangenberg in ſeiner Sächſiſchen Chronick von dieſer Schlacht erzehlet, ſind ſo gar umſtändlich, daß man ſie für erdichtet halten muß.

* Alt-Teutſch Chronicon MS. nennt den Ohrt Gichenburg: Sy furen myt Gewalt durch Beigeren unde Francken/ ſie quamen czu Doringen unde beſatzten Gicheborg myt Lm. Mannen/ unde myt andern Lm. fuhren ſie durch Saechßin bys an die Elbe ꝛc. unde jageten die Ungeren biß zu Gichelborg/ da die anderen Ungeren waren. Engelhuſius in Chronico p. 175. Pars eorum una per terram Bavariæ & Franconiæ venit in Thuringiam usque in caſtrum inde nominatum Gicheborg *prope* Northuſen; alii vero per *Pruciam* Saxoniam introibant L. millibus armati.

## Ad Ann. 930.

Undecimo anno Henrici, qui eſt Domini DCCC XXX. Ipſe Henricus Rex *ſecundum Sigibertum* [nihil hac de re in Sigeberto] *Brandenburg Urbem Slavorum* ſuper glacie caſtra ponens obſedit, & eam capiens Slavos devicit. Dehinc autem tranſiens, contra impetum paganorum & præſertim Slavorum *caſtrum Myſne* ædificavit, civitatem quoque *Goslariam* fundans, montem *Rammesberg* [conf. Excerpta ad Ann. 919.] mineralia nobilia continentem adinvenit. Fundavit etiam idem Henricus Rex pro eodem tempore Urbem *Quedelinburg*, ubi *monaſterium* glorioſum conſtruens, *nobiles fœminas in eo ſtatuit*, *filiam ſuam in eo ponens primam Abbatiſſam*, & ut Domina eſſet multorum Principum & nobilium, prædia largiſſima ei donavit. Nomen autem Abbatiſſæ fuit Mechtildis. (*a*) Huic namque monaſterio dedit Rex *terram illam*, *quæ modo territorium Advocatorum nuncupatur*, inter Myſnam & Bohemiam ſitam, diſtinguens eam in *quatuor advocacias*, quarum Advocati dicto monaſterio de manſis & cæteris bonis penſiones annuales ſolverent, & de neceſſariis puellis illis providerent. Advocatus (*b*) autem primus Abbatiſſæ illius monaſterii dictus eſt *de Ghera*, ſecundus *de Wyda*, tertius *de Plawis*, & quartus *de Rutzia*. Hoc inſuper monaſterium magnis libertatibus & privilegiis Imperialibus & principalibus eſt prædotata, & exemptum à juriſdictione omnium infra ſedem Apoſtolicam conſtitutorum, *nec confirmatur Abbatiſſa à quoquam Epiſcopo, ſed immediate*

*diate à Papa.* Idem Henricus pro eodem tempore fundavit monaſterium *Wenethuſen* ordinis S. Benedicti. Et uxor ſua Mechtildis *Collegium S. Euſtachii in Northuſen* (*c*) inſtituit, quod nunc ad S. Crucem dicitur.

(*a*) Non Mathildem, Henrici Aucupis fictam filiam, ſed *Diemoth* primam Abbatiſſam Quedlinburgenſem fuiſſe, oſtendit Gundlingius in Diſſert. de Henrico Aucupe pag. 248. & contra Kettnerum defendit nova Bibliotheca Halenſis Tom. 2 p. 442. conf. Struvius in notis ad diſſert. XI. Syntagmatis Hiſtoriæ Germanicæ §. 26.

(*b*) In Diplomate, quod Maderus in Antiquit. Brunſvic. num. 1. edidit, Otto I. potentisſimum quemque ex familia ſua conſtituit Advocatum cœnobii Quedlinburgenſis. Verba hæc ſunt; *Noſtræ namque cognationis qui potentiſſimus ſit Advocatus habeatur & loci prædicti, & ejusdem catervæ.* Voigtlandiam eidem monaſterio ſubjectam fuiſſe, noſtro Hermanno poſterior adſeruit *Kranzius* L. 9. Saxon. c. 33. *Terra eſt Advocatorum,* inquit, *non longe à Saxonia ſuperiore, quam primus Henricus Romanorum Rex ſubjecit monaſterio Dominarum in Quedelenborg, conſtituens quatuor per terræ angulos totidem Advocatos nobiles, qui Barones dicuntur de Wida, de Ghera, de Ruſſe, de Plawe.* Idem Wandaliæ Libro 2. cap. 27. *Per eadem tempora idem Henricus urbem, quæ Quedlinborg vocatur, fundavit, in ea monaſterium puellarum inſtituens, quod etiam grandi terrarum Dominio locupletavit, donans terram quæ hodie dicitur Advocatorum. Erant tunc miniſteriales monialium (qui nunc ſunt Barones) quatuor; quorum hæc ſunt nomina de Gera, de Wida, de Plawis, de Rutze.* Vetus Chronicon MS. dilecto inferioris Saxoniæ conſcriptum ab Ann. 777. ad Ann. 1438. ſimile quid narrat in rebus geſtis Henrici Aucupis ad Ann. 930. *Deſſeme Kloſtere gaf do de Konnig dat Land twiſchen Mitzen unde Behemen, un delete dat in IIII. Vogedome alſe Gera, Wyda, Plawe un Rutzen. Dat Land hetet noch hutes Dages dat Vogeland: un de ſcholden deme Cloſtere tynsaftich weſee un dat vorſtan, men na der Tiid hebben ſich de Marckgreven van Mitzen des Landes underwunden unde ghevet dem Cloſter vil Kleyne.* Unde

ſua hauſerit Cranzius, ex his quæ adduximus patet, eaque fide non plane indigna eſſe arbitratur Sagittarius in Antiquitatibus Marchionatus Thuringici MS. ubi hæc leguntur: Ob nun zwar dieſe Diſtinction (Cranzii) nicht allerdings richtig, ſo ſcheinet doch daß die Haupt-Sachen ſelber nicht gar zu verwerffen ſey, und wäre zu wünſchen, daß man umſtändlich wüſte, woher Kranzius dieſe Nachricht genommen, damit man alſo der Sache ferner nachdencken könte. Ja ich halte zwar davor, es ſolte ſich iemand um das Hoch-Gräfliche Reußiſche Hauß / als welches denen alten edlen Voigten/ davon das Voigtland ſeinen Nahmen hat, ſonder Zweiffel herſtammet, ſehr wohl verdient machen, wenn er von dieſen Sachen einen zuverläßigen gründlichen Bericht, und ſonderlich aus alten brieſlichen Uhrkunden, abſtellete. Mir kömmt dieſe Sache deßwegen gantz glaublich vor, weil erſtlich hochgedachte Herrn Grafen Reuſſen ihr Geſchlecht von denen alten Grafen von Oſterroda / die unzweiffliche Vaſallen König Heinrichs des Voglers, als eines Hertzogs in Sachſen, geweſen, herleiten, wie ſolches aus des Hoch-Gräflichen Reuß-Plauiſchen Hofmeiſters zu Schleitz, Herrn Peter Becklers Reuß-Plauiſcher Stamm-Tafel zu erſehen; Zum andern, weil, nachdem die Herren Voigte in Voigtlande aufkommen, ſie alle ſich des Nahmens Heinrich bedienet: welches ich vermeine, daß es geſchehen ſey zur Anzeige ihrer Danckbarkeit gegen König Heinrichen, der ihr Geſchlecht mit dieſer hohen Voigts-Würde, auch daran hängender Macht und Gewalt, gezieret hat. Zwar weiß ich wohl, daß andere den Gebrauch des Nahmens Heinrich etwas jünger zu ſeyn vermeinen, aber ob dieſelbe ſo einen guten Grund habe, wie dieſe, will ich andere urtheilen laſſen.

(c) *Northuſa* inter loca ab Henrico Aucupe Mathildi conjugi donata refertur in Diplomate in Antiquit. Brunſvic. Maderi num. 1. edito. Northuſanum Monaſterium S. Cruxis à Mathilde fundatum præter Auctorem Compil. Chronolog. Gobelinum ætate 6. cap. 48. aſſerit *Engelhuſius: Mechilda fundavit cœnobium Sanctimonialium in Northuſen quod tamen jam mutatum eſt in Canonicos ſeculares*, Id quod ægre fert *Henricus Bodo* in Chronico Gan-

Gandersheim: *Monaſterium*, inquit, *monialium in Northuſen extinxit*, *quod malo omine in ſecularem canonicatum eſt mutatum, virginibus pulſis. Viderint quid fundatrici reſponſuri ſint rei auctores.* Ibidem memorat, monaſterium *Kauffungen* ab eadem Mechtilde fundatum.

Ad Ann. 934.

Arnoldus Bajoariorum ſive Bavariorum Dux *ſecundum Egghardum* in Italiam contra Hugonem Regem veniens, & Veronenſibus ſuſcipitur, & cum Hugone Rege confligens, ab eo vincitur & captivatur.

Ad Ann. 936.

Henricus Rex ſecundum Egghardum infirmatus eſt in *caſtello* quod dicitur *Hyemelevva* (a) inter confinia Saxonum & Thuringorum ſito, ubi & defunctus eſt, (b) Cumque mortem ſibi appropinquare cerneret, convocato omni populo *deſignavit Ottonem filium ſuum Regem*, & cæteris filiis ſuis prædia cum theſauris ſuis diſtribuebat. Obiit autem anno vitæ ſuæ LX. & à filiis ſuis in *Quedelingburg in Baſilica S. Petri ſepultus eſt* ante ſummum altare, cum lacrimis & planctu multorum. Quilibet in vincendis hoſtibus ſuis glorioſus fuerit, tamen quia pacificus erat, nullam operam dedit, ut effugatis ab Italia tyrannis, qui quaſi conductitii & mercenarii alter alteri ſuccedentes Imperium dilaniabant benedictionem Imperialem & coronam accepiſſet. Mons autem *ſecundum Sigebertum*, in quo Henricus Rex ſepultus eſt, poſtea flammas in multis locis evomuit.

(a) zu Memmleben an der Unſtrut. Die Sachſen-Chronick ſetzet hiervor mit Unrecht / Minßleben bey Wernigeroda. Sagittar.

(b) de morte Henrici Aucupis, vid. Witikindus, Luitprandus, Ditmarus, aliique Autores, à Gundlingio in vita ejus Sect. 35. & Struvio Diſſert. XI. de Henrico Aucupe §. 25. adducti.

Ad eundem Annum 936. *ex Cronicis Saxonum:*

*Mechtildis* uxor Henrici, mater Ottonis primi, fuit *de Angaria* * de ſanguine Wydekindi Regis Angarorum, & educata in Cœnobio *Hervordenſi*. Hæc defuncto Henrico viro ſuo *juxta conceptum & di-*

*& diſpoſitionem Regis tranſtulit moniales clauſas de Wynethuſen in Quedelingburg.* Et poſt ibidem in Baſilica S. Servatii, juxta ſepulcrum Domini ſui Regis glorioſi ſepulta eſt.

* Mathildis ſtirpem indagavit Gundling. in Diſſert. de Henrico Aucupe p. 36. 37. 38. quem vide.

Ad Ann. 936.

*Otto magnus* (a) Henrici primi filius & Mechtildis filiæ Thiderici Regis Angarorum, Romanorum Imperator LXXIX. cepit anno Domini 936. & 37. annis imperavit. Anno tamen XXIIII. regni ſui primo à Papa Johanne coronam & benedictionem Imperialem accepit, *ſecundum Martinum.* Fuit autem hic Otto per Henricum patrem ſuum *Rex deſignatus* & poſtea Aquisgrani *à Principibus & populo electus* (b), ubi ſedem regni Teuthonicorum Karolus M. conſtituerat. Ibique unctus eſt & *coronatus per Hiltebertum Archi-Epiſcopum Moguntinum*, genere Francorum, ſed religione Monachum Fuldenſem. Fuit autem iſte XI. Imperator Teuthonicorum à Karolo magno, ſed nullus eorum poſt Karolum magnum imperavit univerſaliter, niſi iſte. Et quia primus fuit de lingua teuthonica, ideo primus Teuthonicorum Imperator nuncupatur.

Uxorem duxit *Edith* (c) filiam Edmundi Regis Anglorum *ſecundum Vincentium.* Alii tamen libri habent Edvvardi. Hæc fuit ſoror potentiſſimi Regis Anglorum Edelſtani, filii naturalis Edvvardi.

(a) Chronicon Laureshamenſe T. 1. Freheri p. 69. poſt Cunradum Regem generali Principum habito conventu *Heinricus cognomento Saxo*, filius Ottonis Ducis Saxonici, in regnum ſublimatur, ex quo diva Ottonum genealogia proceſſit &c. regnavit annis XVI. Reliquit autem *hæredem Regni* Ottonem primum, qui nulli poſt Karolum M. ſecundus victricibus ſemper armis regni ſui terminos dilatavit, unde *cognomen* ut vocaretur *Magnus* promeruit iſte.

(b) Witichindus libro 2. ineunte, ubi coronationem Ottonis I. diligenter deſcribit, his verbis uſus: *Omnis populus Francorum atque Saxonum jam olim deſignatum Regem à patre filium ejus Oddonem elegit ſibi in Principem.* Ditmarus lib. 2. *Ottonem filium ejus, patris ſui decreto ac petitione in Regem ſibi & dominum elegerunt.*

Ima-

Imago electionis erat & ceremoniæ potius, ſive ſolennis declaratio & inauguratio, quam electio propriè dicta. Diſſentit tamen *J. P. Ludvvig in diſſert. de Henrico Aucupe*, ubi *fanam falſiſſimamque eſſe illorum opinionem* ſtatuit, *qui Regnum Germanicum non electione, ſed hereditate & ſucceſſionis lege ad filios & nepotes tranſiviſſe contendunt. Nam profecto*, addit, *Ottonem Henrici filium ſolis Germanorum liberrimisque ſuffragiis regnum tuliſſe acceptum, non modo anonymus auctor vitæ Mathildis perſpicuè diſerteque narrat, ſed etiam eâ de re ipſum Ottonem Cæſarem in Diplomate cœnobio Quedlinburgenſi munificè conceſſo habemus confitentem.* Conf. Pfeffingeri Vitriar. Illuſtratum pag. 91. edit. novæ.

(c) Otto I. Imperator in Diplomate quod extat in donationibus Belgicis Miræi L. 2. cap. 16. vocat primam conjugem ſuam, *Aetgigem*. De parentibus ipſius vid. *Gundling. Diſſert. de Henrico Aucupe p. 189. ſeq.* ubi eam Ann. 948. obiiſſe, demonſtrare nititur, cum tamen Excerpta ex *Chronico Colonienſi veteri*, quæ primo Trimeſtri exhibuimus, eam jam Anno 942. mortuam teſtentur.

Ad Ann. 937.

Primo anno Ottonis, qui eſt Domini 937. Otto Rex cœpit ædificare urbem *Magdeburg*, & fundavit in ea * abbatiam regalem Ordinis S. Benedicti, quam poſtea in Archi-Epiſcopatum mutavit, cœnobium monachorum, quod prius fundatum fuerat in loco, ubi nunc major Eccleſia eſt *S. Mauricii*, ** *ſecundum Egghardum*, in locum illum, puta in montem ubi jam reſidet, extra urbis murum transferendo.

* Vide *Sagittarii Antiquitates Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis*, quæ cum ad Annum usque 973. pertingant, unà cum *Vorburgii Hiſtoria rerum geſtarum, ſub tribus Ottonibus*, A. 1709. Francofurti in fol. edita, Ottonis I. Hiſtoriam egregie illuſtrant. Conf. Pfeffingeri Vitriar. Illuſtr. p. 1218.

** Æneas Sylvius in Europa cap 23. In Magdeburga Archi-Epiſcopalis ſedes habetur, & in honore S. Mauritii, ex quadrato lapide dives templum, Othonum nobile opus, & in eo S. Florentii corpus &c. *Vexillum S. Mauritii* hic quot annis oſtenditur. *Petrus Steuartius*, Academiæ Ingolſtadienſis olim Profeſſor, Theologus & Procancellarius, notas & *notationes in vitam S. Mauritii & Sociorum conſcriptam à S. Eucherio, Epiſcopo Lugdunenſi*, edidit, ubi varia nec injucunda ſcitu de his cœlitibus ex antiquorum monumentis

mentis promit, teſte *Gretſero Rerum Variarum Lib.* 3. c. 10. *Ditmarus* Lib. 4 Chronici ſcribit, neminem impune ferre, qui res S. Mauritii invadat.

## Ad Ann. 945.

Otto Rex Romanorum corpus *S. Innocentii* martyris ſecundum *Egghardum*, in urbem Parthenopolim, quæ & Magdeburg dicitur, tranſtulit.

## Ad Ann 946.

*Henricus frater Ottonis* Regis ſecundum Sigibertum in urbe *Merſeburg* à fratre ſuo Ottone obſeſſus, projectis armis ad pedes ejus provolutus eſt, & miſericordiam ipſius interpellans, in cuſtodiam carceris eſt miſſus.

## Ad Ann. 947.

*Bertoldus Dux Bavariæ, frater Arnulfi* ſecundum *Egghardum* defunctus eſt, & Henrico fratri Ottonis de carcere erepto Ducatus Bavariæ eſt commiſſus, fratri ſuo reconciliato per Principes.

## Ad Ann. 948.

*Hobold nobilis Comes de Anehald*, ſecundum *Egghardum*, cum *fratribus* ſuis *Brunone* & *Friderico* ac *Witberga Sorore* ſua, fundaverunt monaſterium in *Ghezeke* * in prædio ſuo, in honorem S. Dei Genitricis Mariæ & S. Cyriaci Martyris. Quod poſtea per Ottonem tertium (primum, vid. Schaten) ditatum, & in tutelam regiam eſt acceptum, & prædicto Hohold ſicut Advocato per tempora vitæ ſuæ eſt commiſſum. Et præfata *Witberga* facta in eo *Abbatiſſa* ibidem honorifice eſt ſepulta.

* Schaten in Annal. Paderbornenſ. ad Ann. 946. ſcribit: *Referunt ad hunc annum initia Geſekenſis Monaſterii Sanctimonialium Virginum. Olim locus ille intra Diœceſin Paderbornenſem, qui poſt commutatione Colonienſi ceſſit. Conditor Hoholtus in Weſtphalia Comes, cujus deinde comitatus dono Heinrici Imperatoris Meinwerco Epiſcopo noſtro datus.* Idem ad Ann. 952. exhibet *Diploma Ottonis primi*, Geſekenſium Canonicarum Virginum Collegium ejusque fundationem confirmantis, ubi inter alia *Hoholtus fraterque ejus Bruno & Fridericus, ſororque eorum Wiepurga, quoddam monaſterium in loco Giſiki in illorum prædio ab illis in honore Dei ejusque Genitricis ſemper Virginis Mariæ, ſanctique Cyriaci Martyris nobiter conſtruxiſſe*, dicuntur.

Ad Ann. 955.

*S. Patroclus* martyr & miles Tracaſinus per Brunonem Archi-Epiſcopum Colonienſem transfertur in *Sozatum* oppidum Angarorum *ſecundum Egghardum*, opibus quidem plenum ſed fide vacuum.

Ad Ann. 957.

Viceſimo primo anno Ottonis (juxta alios viceſimo ſecundo) qui eſt Domini 957. *Monachis gravis orta fuit perſecutio ſecundum Egghardum, quibusdam Pontificibus affirmantibus, melius fore paucos vita perfectos, quam plures negligentes in monaſteriis eſſe.* Ideoque oportere converſationes eorum per monaſteria reſpicere, & non bene converſantes abjicere, cæteros vero bene viventes retinere. Sed mentita eſt falſa opinio ſibi, cum Chriſtus in Evangelio prohibeat zizania de tritico evellere, ſed ſinere usque ad meſſem creſcere, ne uno incaute eradicato evellatur & aliud, quod & cum his monachis factum eſt. Nam plures propriæ infirmitatis conſcii, depoſito habitu & relictis monaſteriis, grave onus Sacerdotii devitabant. Plures etiam hoc ſummum Pontificem non pie ſed ſubdole feciſſe arbitrati ſunt, in dehoneſtationem videlicet venerabilis Viri *Hademari Abbatis Fuldenſis*, *Regi Ottoni fidelis*, quem confundere nitebantur, eo quod Ottoni fidelis & familiaris exiſteret. Sed ſemina iniqua incaſſum ſparſa ſunt. Nam prædictus Abbas in gratia Regis remanſit, & quod Papa cum ſuis facere optavit non implevit.

Ad Ann. 962.

Otto Imperator *ſecundum Helmoldum* in Cronicis Slavorum in urbe *Magdeburg* monaſterium S. Benedicti ab eo fundatum, extra muros ejusdem tranſtulit, & in loco ejus *Eccleſiam metropolitanam conſtituit*, cui Adelbertum ſummæ ſanctitatis Virum primum præfecit &c. (vid. *Helmold. Lib. I. cap. XI.*)

Ad Ann. 968.

Regalis Abbatia quæ per Ottonem Imperatorem translata eſt in urbe *Magdeburg* ad alium locum, ut ſupra anno Ottonis 26. patuit, auctoritate Papæ Johannis jam ſtabilita eſt, & loco ejus Archi-Epiſcopatus (a) poſitus *ſecundum Egghardum.* Hujus Archi-Epi-

 ſcopa-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0033
DFG

ſcopatus Eccleſia prius fundata fuerat ſub Epiſcopali titulo in *Vroſe* per Karolum magnum, ſed modo translata eſt in Magdeburg & *metropolis facta*, cui *ſubjectæ* ſunt *Eccleſiæ plures ut Merſeburgenſis* (b), cui præfecit in Epiſcopum *Boſſonem* (c), virum religioſum; *Pozenacenſem* [Poranitz, aliud Chron. MS.] cui dedit primum Epiſcopum Jordanum; *Tzitzenſem* (d), cui præfecit Borchardum in Epiſcopum; *Brandeburgenſem*, cui Epiſcopum dedit Dodilonem; *Havelbergenſem*, cui primum præfecit Epiſcopum Tudonem; *Myſſenenſem* (e), cui dedit in Epiſcopum Hugonem.

(a) vid. Kranzii Metropolis lib. 6. c. 12. Chronicon Archi Epiſcopatus Magdeburgenſis T. 2. Rer. Germ. Meibomii. Sagittarii Antiquitates Archi-Epiſcopatus Magdeb. Hiſtoria Erectionis Eccleſiæ Magdeb. T. 1. Meibom. Pfeffingeri Vitriar. Illuſtr. L. 1. Tit. 15. p. 129.

(b) *Merſeburgenſis Eccleſia tempore M. Ottonis (illius inquam qui ad Lycum fluvium ſub S. Udalrico confeſſore Ungaros proſtravit, & Reges eorum, Lelium videlicet & Aſſur Ratisbonæ, Principibus hoc fieri adjudicantibus in patibulo ſuſpendit) aſſiduis incurſionibus & hoſtili vaſtatione Sclavorum ad nihilum redacta eſt. Et quia violentiis vicinarum nationum non poterat reſiſtere, in poſſeſſionibus, in religione, & in omnibus, quæ ad pontificalem dignitatem pertinebant, penitus cœpit deficere. Accidit autem ut eodem tempore Magdeburgenſis Eccleſiæ Archi Epiſcopus viam univerſæ carnis ingrederetur, & Merſeburgenſis præſul propter ſapientiam à Deo ſibi collatam, & propter multas virtutes quibus adornatus erat, ob quas etiam Othoni magno gratiſſimus extitit, in cathedram Magdeburgenſem, prædicto Rege id efficiente, præponeretur. Factum eſt autem, ut Merſeburgenſis Epiſcopatus penitus deſtrueretur, & quæ potiora erant illius Eccleſiæ, in prædiis, in miniſterialibus, in ornamentis, in ditionem Magdeburgenſis Eccleſiæ transferrentur, & de quibusdam reliquiis poſſeſſionum, quæ Merſeburg remanſerant, Abbatia inibi conſtrueretur. Quod factum usque ad tempus pii Confeſſoris Henrici immutatum permanſit.* Vita S. Henrici, cap. 3. Conf. Ditmar. lib. 3. p. 54. ed. Mader, ubi de *Giſilero* Mersburgenſem Epiſcopatum

tum deſtruente enucleatè narrat, & inter alia *Mersburgenſia Diplomata* ab eo *abolita* memorat his verbis: *Præcepta quæ mun*e*ra regalia ſeu Imperialia detinebant, aut igni comburebat, aut Eccleſiæ ſuæ mutato nomine deſignari fecit* &c. vid etiam Chron. Magdeburg. T. 2. Meibom. p 278. & 281. quod Ditmarum ſequitur.

(c) de Boſone primo Epiſcopo Merſeburgenſi ita Ditmarus: Beneficium autem omne, quod ad Eccleſias in Merſeburg an in mileve poſitas, ac ad *Thornburg* & *Kirchberg* pertinentes fuit, antequam ordinaretur obtinuit (ab Ottone M.) dieſes Kirchberg, ſchreibt Sagittarius in Antiquit. Marchionatus Thuring. MS. wird wohl kein anders ſeyn, denn davon die Burggraven von Kirchberg ihren Nahmen führen, und gleich über Jena gelegen geweſen; wovon noch der eintzige länglicht runde Thurm auf dem alſo genannten Haußberge übrig iſt.

(d) Epiſcopatus *Citicenſis* ad Eliſtrum ab Ottone M. conſtitutus poſtea *Numburgum* translatus fuit, conſentiente Conrado Salico Imperatore, qui in diplomate Ao. 1032. Eccleſiæ Numburgenſi conceſſo ſimul *regalem cortem* (ſein Königliches Cammerguth) *BALCHSTED in pago Thuringiæ in Comitatu Madelgobonis ſitam* donavit. Vide plura de hac *Translatione* in *Sagittarii Hiſtoria Eccardi II.*

(e) Diploma fundationis Eccleſiæ *Miſnenſis* exhibet Meibom. T. 1. p: 752. Scriptores qui illius hiſtoriam illuſtrant recenſet Pfeffingerus in Vitriario Illuſtrato lib. I. tit. XV. p. 1221.

Ad Ann. 972. de *Hermanno Billingio.*

Hic Hermannus Dux genuit Duces Bennonem, qui & Bernhardus dictus eſt, & Ludgerum. Benno vero Dux genuit Duces Bernhardum & Tidemarum. Bernhardus Dux genuit Ortholfum & Hermannum. Orthulfus genuit Duces, Ottonem & Magnum. *Magnus* autem Dux *ſine hærede maſculino deceſſit*, relinquens *duas filias*, quarum una *Eyleke* nomine nupſit Ottoni Comiti de Soltvvedele, quæ genuit ei *Albertum* Marchionem de Brandenburg, cognomento *Urſum*. Et ita in illo Duce magno proſapia Ducis Hermanni filii Wylingi finiebatur. Altera vero filia *Wilfildis* nomine, vel

ſecundum alios Mechtildis, nupſit Welpe Duci Bavvariæ [*Henrico nigro, ſive Catulo] qui Dux Welpe ex ſupradicto Henrico fratre Ottonis Imperatoris fuit procreatus. [Condonandus hic error genealogicus monacho] Et dicta VVilfildis genuit eidem Duci Welpe Henricum Leonem, [Leonis patrem.] Hic Henricus Leo Dux & Albertus Marchio Urſus, prædictarum ſororum filii, pro prælibato Ducatu Saxoniæ & Weſtphaliæ contenderunt, ſed Henricus Leo Ducatum obtinuit. Poſtquam autem Otto Magnus Imperator Ludolfum filium ſuum & Henricum fratrem ſuum Ducatu Saxoniæ & Weſtphaliæ propter eorum rebellionem privaverat, & Hermanno filio *Wylingi ruſtici* † contulerat, hi duo puta filius ejus & frater ejus gratiam Imperatoris affectabant; quos in gratiam recipiens dedit filio ſuo Ludolfo Ducatum Sueviæ, & Henrico fratri ſuo Ducatum Bavariæ pro tunc vacantes. Sed filius ejus Ludolfus ſtatim poſt donationem ſine hærede deceſſit, & ſic Dux Henricus, frater Ottonis Imperatoris Ducatum Sueviæ cum Ducatu Bavvariæ obtinuit. A quo Duce Henrico Imperatores & Reges infra ſcripti ſunt procreati, puta Henricus ſecundus, Conradus ſecundus filius †† Henrici ſecundi. Henricus tertius, Conradi ſecundi filius. Henricus quartus, Henrici tertii filius. Henricus quintus, Henrici quarti filius. Conradus tertius, Henrici quinti nepos (*ex ſorore Agnete*) Fridericus primus, Conradi tertii fratris filius. Henricus ſextus, Friderici primi filius. Fridericus ſecundus, Henrici ſexti filius. Conradus quartus & Henricus ſeptimus, Friderici ſecundi filii, ac ipſorum Imperatorum & Regum filii & fratres Duces Bavvariæ, Sueviæ, Auſtriæ, Saxoniæ, Ungariæ & Weſtphaliæ, & quamplures alii Marchiones, Lantgravii, & Comites illuſtres, nec non Cardinales, Archi-Epiſcopi & Epiſcopi, per mundum diſperſi in diverſis provinciis & regionibus, de quibus ſingulis tædium eſſet ſcribere.

Iſte Hermannus Dux *ſecundum Helmoldum* (*nihil hac de re in Helmoldo*) dicitur fundaſſe ††† *monaſterium in honorem S. Michaelis* in caſtro montis Luneburgenſis, & bonis magnis ipſum dotaſſe, quamvis quidam fundationem ejus attribuant Wiperto Epiſcopo primo Verdenſi, & quidam aliis Principibus. *Benno* vero filius Hermanni Ducis, quod pater ſuus incompletum reliquerat, ipſe

per-

perfecit, & quendam religioſum Virum Ludevvicum nomine de Monaſterio S. Panthaleonis illi Monaſterio in Abbatem primum præfecit.

† Fabula hæc jampridem exploſa à Meibomio in Vindiciis Billinganis, Sagittario in Hſtoria Bardewicenſi cap. V. §. II p. 158. & Pfeffingero in Vitriar. illuſtrato Lib. I. Tit. XI. p. 980 981.

†† Conradi ſecundi ſive Salici pater dictus fuit Henricus, ſed diverſus plane ab Henrico II. ſive Sancto.

††† Amplificatorem potius quam conditorem Monaſterii S. Michaelis extitiſſe Hermannum, putat Sagittarius in Hiſtoria Bardevici cap. 5. §. 5 & in Diſſertat. de Originibus Luneburgi cap. 2. §. 20. Vetus Chronicon MS. Hertzoge Herman wart begrabin in deme Munſtere tzu Luneborg: unde daz da hatte geſtifft Hertzoge Bernhart daz Cloſter tzu ſente Michael/ daz volbrachte her/ unde ſatzte ein Apt darin/ der waz genannt Fridericus/ der waz von ſente Pantaleonen von Colne. Der Keiſer Otte gab in daz Cloſter einen Tzol von der Tzoltze/unde beſtetigte jn myt ſiner Hantfeſten.

Ad Ann. 973.

Magiſter Hermannus, cum ad hunc Annum ex Egghardo retuliſſet, *Ottonem primum* Magdeburgi tumulatum fuiſſe (quæ etiam habentur in Chronico Urspergenſis p. 162.) addit: *Statua autem ejus in Urbis illius foro magno, ſolenniter eſt ex lapidibus pulcris erecta.*

Ad eundem Ann. *de Ottone 2. Imp.*

Hic vivente patre in Regem eſt electus, & poſtea Romæ Imperator benedictus & coronatus. Qui mox, ut pater defunctus eſt, ab omnibus qui aderant *denuo eligitur*, & in regni ſedem locatur. Et ſtatim Ottone parvulo filio ſuo in Saxonia *ſub tutela relicto Hermanni Ducis Saxoniæ & Weſtphaliæ*, cum uxore ſua & exercitu magno per Italiam tranſiens venit Romam, ibique à Benedicto Papa cum maximo gaudio eſt ſecundò coronatus cum uxore ſua Cleopha [Theophanu.]

Ad Ann. 977.

*Theodericus ſecundus Comes Hollandiæ* ſecundum *Egghardum* in Egmunda lapideam ædificavit Eccleſiam magnis ſumtibus, & ligneam, quam Pater ſuus fecerat, ſuſtulit, Sanctimoniales vero, quæ ob beſtialitatem Friſonum vitam Monaſticam ibi ducere non poterant, removens, Monachos ibi collocavit.



Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0037 DFG

Ad Ann. 981.

*Hermannus Dux Saxoniæ & Weſtphaliæ*, filius Wylingi obiit † ſecundum Cronicam Saxonum, cui filius ſuus *Benno* ſucceſſit, alio nomine Bernhardus.

† Hermannum Billurgum ante Ottonem I. Cæſarem obiiſſe demonſtrat Meibom. in fine Vindiciar. Billing. Anno ſcilicet 973. Kal. April. teſte Sagittario in Hiſtoria Bardevici cap. 5. p. 161.

Ad eund. Ann. 981.

Otto Imperator Apulium & Calabriam Italiæ, Provincias ad jus regni Græcorum pertinentes *ſecundum Vincentium* transferre ad Imperium Romanum conatus eſt, maxime propter affinitatem, quam per uxorem ſuam Cleopham cum Græcorum Imperatore habebat.

Ad Ann. 985.

Theodericus ſecundus Comes Hollandiæ, ſecundum *Sigibertum* * precibus Egberti Treverenſis Archi-Epiſcopi & Theophaniæ, ſive Cleophæ Imperatricis, matris Ottonis, *quidquid in beneficiis tenuerant anteceſſores ejus, ipſe ſuſcepit in proprietatem.*

* Nihil hac de re in Sigeberto editionis Piſtorii.

Ad Ann. 987.

Hermannus commemorans, quod Hugo Capetus, *Carolum Ducem Lotharingiæ*, Lotharii Regis fratrem, cum uxore captum cuſtodiæ tradiderit, addit: *Qui* (Carolus) *vinctus Aurelianis ducitur, & turris cuſtodiæ mancipatur. Ubi duos genuit filios, Lodowicum * ſcilicet & Karolum, & tandem ibidem moritur. Reliquit etiam duas filias Gerbergam & Ermegardam.*

* Iſte Lodovvicus poſtea in Germaniâ *Landgraviorum Thuringiæ & Haſſiæ lineam* propagaſſe, & *à Carolo Magno* per lineam maſculinam diſcendiſſe, vulgo creditur; (quam opinionem, præter Nicolaum Vignierium, Claudium Fauchetum, aliosque Geneographos Gallicos, tueri nititur Lotharingicæ Proſapiæ ſtrenuus aſſertor, *Louys Chanterau le Févre dans ſes memoires de Lorraine*) aliis tamen veriſimilius viſum, Carolum & Ludovicum in flore juventutis deceſſiſſe.

Ad Ann. 987. de Hugone Capeto.

Hic Hugo fuit filius magni Hugonis Comitis Pariſienſis, nec fuit de progenie Karoli Magni, ſed de genere Saxonum, &c. Dicebatur autem hic Rex *Hugo Zapheth* id eſt Capucium.

Ad

Ad Ann. 989.

*Theodericus ſecundus* Comes Hollandiæ obiit *ſecundum Vincentium*, & juxta uxorem ſuam *Hildegardem* in Egmunda monaſterio ſepelitur. Cui ſucceſſit *Arnulfus* filius ejus, habens uxorem *Luthgardam* ſororem Theophaniæ vel ſecundum alios Cleophæ Imperatricis matris Ottonis hujus (tertii) & quinque Annis regens.

Ad Ann. 991.

Cleopha ſeu Theophania Imperatrix, & mater Ottonis Imperatoris *ſecundum Eggbardum* obiit, & in Quedelingburg ſepulta dicitur.

Ad Ann. 993.

Bellum grande fuit inter *Arnulfum* Comitem Hollandiæ tertium & Friſones, *ſecundum Eggbardum*, in quo dictus Arnulfus Comes occubuit cum maxima ſtrage ſuorum, & in Monaſterio Egmunda ſepultus eſt. Cui ſucceſſit *Theodericus filius* ejus unà cum *fratre* ſuo *Sigifrido.*

Eccleſia in *Gandersheym* dedicata eſt hoc Anno ſecundum *Cronica Saxonum* per Epiſcopum Hiltinsheymenſem, & pluribus bonis dotata.

Ad Ann. 994.

*Berwardus*, Vir Deo devotus, claris ortus natalibus *ſecundum Eggbardum*, ex filia Comitis Palatini, in *Hiltinsheym* literis eruditus fuit. Hic peritus fuit in arte ſculptoria & *auriſabricatoria*, caſtrum *Somerſchenburg* avi ſui jam ſenis prudenter regens. Tandem ejus bona fama ad aures Imperatoris Ottonis perlata, ipſum vocavit ad curiam ſuam, & inſtructor ac rector ipſius factus eſt. De quo officio, defuncto Genbago Epiſcopo Hiltenshemenſi, ipſe in Epiſcopum ibidem eſt electus & confirmatus. Quem Epiſcopatum induſtria multa gubernans, reditibus, libris, ornamentis, & *clenodiis diverſis ex auro & argento ſubtiliter elaboratis propriis manibus*, ampliavit. Crucem etiam quandam faciens argenteam, nec habens niſi tres Dominici ligni partes, quas operi ſuo imponeret, angelus dictam quartam partem S. Crucis ei de cælo attulit, & in Sinum ſuum locavit. Hic *S. Michaelis Monaſterium in Hiltensheym* miro opere decoratum, & di-

vitiis multis dotatum exſtruxit, * in quo & ipſe habitum S. Benedicti induit, & religioſam vitam ducens, bono fine ipſam terminavit.

* Conf Helmold. L 1. cap. 18. Vitam Bervvardi, qui præfuit ſtudiis Ottonis III. à Tangmaro conſcriptam, & à Surio jampridem editam inſeruit Leibnitius Tomo I. Script. Brunſvic num 31. in Introd Bervvardum artis fabrilis, Pictoriæ & *chemiæ* peritum fuiſſe aſſerens.

## Ad Ann. 997.

*Silveſter Papa*, natione Gallicus ex patre Roberto ſedit Annis VI. & menſibus X. *ſecundum Martinum*. Iſte alias Gilbertus dictus à pueritia Monachus Floriacenſis adolevit in Diœceſi Aurelianenſi. Sed de religione apoſtatans venit in Hiſpaniam, ubi Chriſtiani Toletum, & Sarraceni Hiſpalim urbem, quam Sibiliam vulgariter nominant, caput regni habentes, divinationibus & incantationibus ſtudent. Et veniens Hiſpalim ad ſtudium in tantum profecit, quod etiam magni Domini diſcipuli ejus fierent, puta Otto Imperator, Robertus Rex Franciæ, & Leothericus, poſt Epiſcopus Senonenſis. Studuit etiam ibidem cantus avium & vocatus earum myſterium. Quadrivium quoque totum ebibit, ita ut poſtea ille *artes in Gallia revocaret jamdudum abolitas*. Robertus autem Rex Franciæ factus, fecit ipſum Archi-Epiſcopum Rhemenſem, ubi ipſe fecit arte magica *horologium & organa hydraulica*, ubi mirabiliter per aquarum violentiam calefactarum implet ventus emergens concavitatem barbiti, & per multiforatiles tractus æreæ fiſtulæ modulantes voces emittunt. Veniens autem in Galliam publicas Scolas profeſſus eſt, habens etiam philoſophos & ſtudiorum ſocios *Conſtantium* Abbatem Monaſterii S. maximi, quod eſt altra Aurelianis, ad quem edidit *regulam de Abaco; Adelboldum* Epiſcopum Wirziburgenſem, qui fecit epiſtolam ad eundem Gilbertum *de quæſtione Diametri ſuper Macrobium*.

## Ad eundem Ann. 997.

*Baſilica S. Stephani in Halberſtad* combuſta eſt ſecundum Cronica Saxonum, ſed à Hildemaro Epiſcopo eſt reædificata & conſecrata in die S. Galli auxilio fere XX. Epiſcoporum. Ad cujus Eccleſiæ dedicationem Otto Imperator cum Adelheyde uxore (*Leg. avia*) ſua & totius Saxoniæ optimatibus præſens aderat cum eis ſolemnizando.



Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0040 DFG

Ad Ann. 1011.

*Benno Dux* Saxoniæ & Weſtfaliæ *obiit* † feliciter in Domino *ſecundum Egghardum*, qui juxta *Ludgerum fratrem* ſuum in cripta Monaſterii S. Michaelis in Monte Luneburg conſtructi eſt ſepultus. Qui fratres ambo, deſtructo caſtro & Monaſterio translato per cives Luneburgenſes intra Urbem ſunt tumulati.

† Annal. Hildesheim. T. I. Leibnit. ad Ann. M. XI *Rex* (Heinricus II.) *natalem Domini Frankenavord celebravit, & in capite jejunii Corbejam venit. Ibi Bernhardus pius Dux V. Id. Febr. obiit, & in Luniburg Cœnobio B. Michaelis magno exequiarum planctu ſepultus, quod ipſe à fundamento conſtruxerat, & in quo Monachorum congregationem adunaverat. Poſt quem vero filius ejus Benno Ducatum obtinuit.* Chronicon Francorum MS. Mabillonii ad dictum Annum: *Mortuo Duce Bernhardo filius ejus Bernhardus in ducatu ſucceſſit. Hujus frater erat Thietmarus Comes, qui interfectus eſt poſtmodum in duello coram Heinrico Imperatore* (Heinrico III. vid. Lambert. ad Ann. 1048. & Adam. Bremenſ. L. 3. c. 8.) *Octavo decimo die mortis ſupradicti Ducis, mortuus eſt Ludigerus frater ejus, & eodem Anno Hildigardis Ductrix obiit.* Quam ditionem tenuerit Ludgerus, conjectura indagat Cranzius Saxon. L. 4. c. 29 qui omnino videndus. De Uxore ejusdem; *Emma*, hæc prodit Adamus Bremenſis L. 2. c. 32. *Anno Archi-Epiſcopi*, (Libentii Senioris) *XXII. Benno Dux Saxonum obiit, & Ludgerus frater ejus, qui cum uxore ſua venerabili Emma Bremenſi Eccleſiæ plurima bona fecerunt.* Fuit Emma ſoror Meinvverci Epiſcopi Paderbornenſis, teſtante eodem Adamo L. 2. cap. 60. ubi hæc verba leguntur: *In diebus illis nobiliſſima Senatrix Emma obiit, uxor quondam Liudgeri Comitis & ſoror Meginvverci Epiſcopi Padarburnenſis, ſed vidua jam per annos quadraginta, quæ ingentem theſaurum, quem habuit, totum ferè pauperibus & Eccleſiis diſperſit, cujus corpus in Bremenſi requieſcit Eccleſia, anima vero gaudet in cœleſti requie: quæ dum adhuc viveret Bremenſi Eccleſiæ cortem ſtiplaga juxta Rhenum dedit.* Hactenus Adamus: ex quo Emmæ obitum ad Ann. 1042. refert Schaten in Annal. Paderborn. VVolterus in Chron Bremenſi T. 2. Meibom. p. 32. *Eſt ſepulta in Eccleſia Bremenſi in parte auſtrali ſub flavo quodam quadrato lapide, erecto in ſignum ſanctitatis ejus, ne pedibus conculcetur, nec etiam aliqualiter poſtea tangatur.* Ibidem etiam hæc leguntur: *Emina* (ita vocatur Emma à VVoltero, quæ Adamo Brem. Emma audit) *quaſi omne patrimonium ſuum dedit Bremenſi Eccleſia, & paſcua extra Bremam, unde nec bufæ, nec aſylus, nec alii nocivi vermes reptantes aut volantes apparere poterunt meritis S. Eminæ viduæ in æternum.* Iſtius prati meminit quoque Cranzius Saxon L. 4. c. 9 confer de Emmæ liberalitate erga Eccleſiam Bremenſem, Adamum L. 2. c. 49.

Harvvicus Noricorum Rex *ſecundum Egghardum* in feſtis paſchalibus cum mille pene navibus venit in Angliam regnaturus, & in Urbe Eboracenſi plus quam mille laicos & centum presbyteros interfecit. Cui Haroldus Rex Anglorum cum VII. legionibus occurrens, ipſum cum multis occidit. Interim *Wilhelmus Comes Normannorum* cum Francis Angliam intravit, & conſerto cum Anglis prælio Haroldum cum multis militibus peremit, & regnavit in Anglia pro eo annis XXVI. Hic *Wilhelmus* fuit *filius Roberti*, filii Richardi ſecundi Comitis Normannorum ex concubina. Qui priusquam naſceretur, vidit mater ejus inteſtina ſua per totam Angliam & Normanniam extenta, quo præfigurabatur pueri futura magnitudo. Natus vero jam ut terram attigit, ambas manus junco, quo pavimenti pulvis cavebatur, implevit, ſtricteque corripuit pugnans, unde obſtetrix clamavit eum Regem futurum. Cum autem adoleviſſet, à Henrico Rege Francorum militiæ inſignia ſuſcepit, duxitque *uxorem Mechtildem*, filiam Baldovvini Comitis Flandriæ, & fuit Comes Normannorum XXX. annis. Huic *Alexander Papa vexillum in omne regnum Angliæ miſit.* (*a*) Cumque mare tranſiſſet in egreſſu navis pene lapſus, (*b*) audivit acclamari ſibi à proximo milite: tenes Angliam Comes, Rex futurus. Haroldus autem Rex Angliæ à bello, quo Regem Noricorum devicerat, revertebatur, cui Wilhelmus Monachum legatum miſit tria ferentem, ut ſcilicet Haroldus vel regno ſecundum conditiones diſcederet, vel ut ſub eo regnaret, vel certe ſpectante utroque exercitu gladio rem ventilaret. Haroldus vero legatum absque reſponſo abegit, & Angli noctem illam in potibus & cantibus inſomnem duxerunt. Normanni vero confitebantur, & mane corpori communicabant Dominico. Comes autem arma poſcens *caſu loricam everſam* (*c*) *induit:* quem caſum riſu corrigens, vertetur, inquit, Deo auxiliante Comitatus meus in regnum. Utrobique ergo atrociter pugnatur. Angli namque tot Normannos ſtraverunt, ut foſſatum quoddam cumulo cadaverum implentes, ipſum campi planiciei coæquarent. Tunc Haroldus ictu Sagittæ à longe in cerebro percuſſus interiit, jacentis autem Regis femur unus militum gladio præſcindens, ignominiæ notatus eſt à Wilhelmo Comite, & militia privatus. Idem

Wil-

Wilhelmus ea die diſcurrendo, pugnando, & exhortando tres equos ſub ſe confoſſos amiſit. Pugnatur itaque ad noctem, & nihil ſanguinis è corpore ejus tractum eſt, quamvis jaculis multis percuteretur. Corpus autem Regis Haroldi matri repetenti VVilhelmus remiſit absque precio, licet illa multa munera per legatos obtulerit. Die ergo natalis Domini coronatus eſt ab Alredo Epiſcopo Eboracenſi, nolens benedictionem accipere à Stigando Archi-Epiſcopo Cantuarienſi, eo quod illegitime Epiſcopus factus eſſet. Hic VVilhelmus factus Rex miſit Romam *vexillum regium Haroldi*, (*d*) quod erat in hominis pugnantis figura, auro & lapidibus precioſis arte ſumptuoſa contextum. Urbem quoque Oxoniam rebellantem ſubegit, levi negotio parte muri cadente & ingreſſum illi dante, quam partem ille audacius aſſiliit, proteſtans homines irreverentes auxilio Dei dejiciendos, quia unus eorum ſuper muros ſtans nudato inguine auram ſonitu inferioris partis turbaverat in contemtum Normannorum.

(*a*) Vexillum à Papa Alexandro VVillielmo in omen regni contraditum fuiſſe, teſtatur VVilhelmus Malmesburienſis pag. 100.

(*b*) Mathæi Paris Hiſtoria Anglica pag. 2. *Dux Willielmus in egreſſu navis pede lapſus eſt, caſum in melius commutavit miles, qui prope ſtabat, dicens; O Dux, inquit, Angliam tenes, Rex futurus.*

(*c*) De lorica inverſâ, & prælio prope Haſtingas inter Haroldum & Wilhelmum commiſſo, vid. Mathæus Paris, l. c. Rogerius Hovedenus ad Ann. 1066. p. 448. ſq. Ingulphus, VVilhelmi, necdum Regis, Scriba, poſtea Abbas Croilandiæ, in Hiſtoriâ, cum aliis Scriptoribus Anglicis, Oxoniæ Ann. 1684. è Theatro Scheldoniano in fol. editâ, p. 69. conf. Chronicon Alberici ad Ann. 1066. pag. 108.

(*d*) Iisdem pene verbis vexillum Haroldi deſcribit VVilhelmus Malmesbur. pag. 101.

## Ad Ann. 1140.

*Hildegardis* † altera Sibilla naſcitur prope Pingriam [*Bingen*] ſuper Renum flumen, ſecundum *Vincentium in Speculo.* Hæc multa & miranda prædixit. Quantæ autem Sanctitatis fuerit hæc Sancta mulier,

lier, oſtenditur in *Epiſtola Gebenonis in Pentacronon Sanctæ Hildegardis*, ubi dicitur:

Sancta Virgo Hildegardis & magiſtra Monaſterii S. Ruperti, quod ſitum eſt apud Pingriam, quantæ Sanctitatis quantique meriti fuerit apud Deum & apud homines, caritatem veſtram latere non credo. Sed ſi forſitan ignoratis legite *libellum vitæ ejus*, legite diverſas *epiſtolas magnatum* terræ ad eam transmiſſas, & præſertim trium Apoſtolicorum, puta *Eugenii*, *Anaſtaſii*, & *Adriani*, *Conradi* quoque *Regis* & *Friderici primi* Imperatoris, Patriarchæ Hieroſolymitani, Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & Præpoſitorum, & tunc dicere poteſtis in veritate: magnificavit eam Deus in conſpectu Regum, & facies Principum admirata eſt eam. Hæc ſancta Virgo *libros quosdam Deo jubente immo cogente ſcripſit*, in quibus quædam valde utilia & noſtris temporibus neceſſaria de præſenti ſtatu Eccleſiæ & de futuris temporibus * usque ad Anti-Chriſtum, & de ipſo Anti-Chriſto prophetavit. Sed quia omnes libros ejus pauci habere poſſunt vel legere, ea, quæ de futuris temporibus & de Anti-Chriſto in tribus libris ſuis ſeu *Scivias*, quem nominavit ſic, eo quod doceat *Scientiæ vias*, & libro divinorum operum & libro epiſtolarum ſuarum prophetavit, *in hunc unum libellum ex maxima parte collegi*, & prout melius potui, in quinque tempora ordinavi. Quæ quidem V. tempora qui diligenter legere & ſtudioſe diſtinguere voluerit, & præſentem ſtatum Eccleſiæ & omnia futura tempora & pericula, ac adventum Anti Chriſti quaſi in Speculo prævidebit. Unde, ſi placet vobis, vocetur Liber ipſe *Speculum futurorum temporum ſeu Penthacronon Sanctæ Hildegardis*, id eſt, de quinque temporibus de quibus in eo prophetat. Pentha enim quinque, & cronos tempus Græce dicitur &c. *Ex prologo in librum eundem.* Sciendum quod Libri S. Hildegardis recepti & canonizati ſunt à Papa Eugenio in Concilio Treverenſi, præſentibus multis Epiſcopis tam Teutonicorum, quam Francorum, & S. Bernhardo Abbate Clarevallenſi.

† De Hildegarde vid. Albertus Stadenſis poſt Ann. 1152. Ubi Cleri Colonienſis & Hildegardis Epiſtolas amœbeas exhibet. conf. Albericum in Chron. ad Ann. 1141. 1153. 1163 Petrum de Natalibus Lib. V. Catal. Sanctorum c. 139. Voſſium de Hiſtoricis Latinis p. 435 Baron. T. XII Annal. f. 368 471. Oſiandri Epitomen Hiſtor. Eccleſiaſt. Centur. XII. p. 237. & 276 Olearii

Abacum

Abacum patrum. Eam obiiſſe dicit anno 1119. Mineus in Auctuario de Scriptor. Eccleſ. p 255. Imperite virum facit ex fœminâ Petrus Gregorius Tom. III. Syntagmatis artis mirabilis p. 351. vocans, *Hildegardum Monachum S. Rudherti.*

* Sic de RUINA IMPERII ROMANI (in Chronico Alberti Stadenſis p. 284. edit. Kulpis) quædam prædixit *Hildegardis*, quæ mihi hodiernam rerum faciem intuenti, Conringii opinionem, compagem illam male cohærentem & toties luxatam tandem ſolutum iri, totumque illud chaos in fermentatione exiſtens, in ſeparationem aliquando & novam generationem exiturum alicubi ſtatuentis, confirmare viſa ſunt, & digna quæ hîc apponerentur; *In illis diebus Imperatores Romanæ dignitatis à fortitudine, qua prius Romanorum regnum tenuerant, deſcendentes, in gloria ſua imbecilles fient. Reges & Principes multorum populorum, qui prius Romano Imperio ſubjecti erant, ſe ab eo ſeparabunt, nec ulterius ſubjicientur. Et ſic Romanum Imperium in defectum diſpergetur. Nam unaquæque provincia, & quisque populus Regem ſibi tunc inſtituet cui obediat, dicens, quod latitudo Romani Imperii magis ſibi oneri fuerit quam honori. Poſtquam imperiale ſceptrum hoc modo diviſum fuerit, nec reparari potuerit, tunc etiam infula apoſtolici honoris dividetur. Quia enim nec Principes nec reliqui homines tam ſpiritualis quam ſecularis ordinis in apoſtolico nomine ullam religionem tunc invenient, dignitatem nominis illius imminuent. Alios quoque magiſtros & Archi-Epiſcopos ſub alio nomine in diverſis regionibus ſibi præferent, ita ut etiam Apoſtolicus eo tempore dilatione honoris priſtinæque dignitatis attenuatus, Romam & pauca illi adjacentia loca vix tunc ſub infula ſua obtineat. Hæc etiam ex parte belli evenient, ex parte quoque per commune conſilium & conſenſum & ſpiritualium & ſecularium populorum, vel hortantibus, ut quiſque ſecularis Princeps regnum & populum ſuum muniat & regat, & ut quilibet Archiepiſcopus, ſeu alius ſpiritualis magiſter, ſubditos ſuos ad rectitudinem diſciplinæ conſtringat. Tunc iterum iniquitas aliquantulum debiliter jacebit, interdum quoque ſurgere attentabit. Tunc unusquisque Rex & Princeps ac Epiſcopus ſe ipſum in alio caſtigabit. Aer quoque tunc iterum ſuavis erit, & fructus terræ utilis, & homines ſani ac fortes. In ipſis etiam diebus multi Prophetæ ac ſapientes erunt, & occulta Prophetarum & aliarum ſcripturarum ſapientibus tunc ad plenum patebunt, & filii & filiæ eorum prophetabunt, etiam in ſimilitudine doctrinæ Apoſtolorum. Interim & multæ hæreſes, & plurimæ turpitudines cum aliis malis pullulabant, qui Anti-Chriſtum in proximo adeſſe oſtendunt.*

Ad Ann. 1154. de Friderico primo.

Iſte fuit ex Agnete ſorore Henrici V. quæ quidem genuit *tres filios** puta *Henricum, Fridericum* & *Conradum*. Fuit autem iſte

largus, ſtrenuus, & in omnibus glorioſus. Habuit autem uxorem *Beatricem de Burgundia*, de qua genuit Henricum VI. qui ei ſucceſſit. Qui & duxit Conſtantiam XL. anno, Regis Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ filiam. Quæ anno ſuo XLI. eidem Henrico peperit Fridericum ſecundum. Fridericus etiam iſte primus genuit Fridericum Ducem Sueviæ, & Conradum Ducem, & Philippum, contra quem fuit electus Otto quartus.

* Errat Kornerus. Fridericus II. & Conradus nati ſunt ex Friderico I. Sueviæ Duce & Agnete. Poſtquam vero hæc defuncto priori marito, Leopoldo Auſtriæ Marchioni nupſiſſet Henricum Ducem Auſtriæ pluresque alios liberos peperit. Vid. Otto Friſing. de Geſt. Friderici L. 1. c. 10. item cap. 29. & 30. Fragmentum incerti Autoris, Alberto Argentinenſi præfixum, Part. 2. Tomi Urſtiſ. p. 84.

Ad eundem Ann. 1154.

Fridericus primus filius fuit Friderici, fratris Conradi Regis. Siquidem *Henricus Niger* Dux Bavariæ ex Wulfilde uxore ſua genuit *Henricum Catulum*, qui duxit Gertrudem, filiam Lotharii Imperatoris, & genuit ex ea *Henricum Leonem*; qui ex parte obtinuit Ducatum Bavvariæ & Saxoniæ, ex matre vero *hæreditatem de Brunſuic.* Pater enim ejus fuit filius Henrici Nigri Ducis Bavvariæ, & Wulfildis filiæ magni Ducis Saxoniæ, unde pervenerunt ad eum Ducatus Bavvariæ Saxoniæque. Mater autem ejus Gertrudis filia fuit Luderi ſive Lotharii Imperatoris, per quam venit ad eum Brunſuic. Henricus etiam Catulus ex Gertrude genuit *Juttam*, quam duxit Fridericus (II. Dux Sueviæ) frater Conradi Regis, & genuit ex ea Fridericum primum Imperatorem. De hac ſtirpe erat *Conradus Epiſcopus Conſtantienſis*, qui canonizatus eſt.

Temporibus hujus Friderici fuit *Adolfus ſecundus Comes de Altona*, qui genuit *Fridericum, Everhardum, Engelbertum* & *Brunonem.* Fridericus factus eſt Colon. Archi-Epiſcopus, & cum Friderico Imperatore profectus eſt contra Mediolanum urbem, & obiit tandem in Papia. Cujus oſſa relata ſunt ad partes ſuas, & in *Berghe* ſepulta.

Ad Ann. 1157.

Tertio anno † Friderici, qui eſt Domini M. C. LVII. *Adelbertus Marchio de Soltwedel* ſecundum *Egghardum* expugnavit *Brandenburg.*

*burg*, pellens inde Slavos, & ſuos in urbem illam locans, & mutato nomine *inpoſterum ſe ſcripſit Marchionem de Brandenburg.*

† tertius annus Friderici non eſt annus 1157. ſed 1154. Verum parum accuratus eſt monachus noſter in computandis annis Imperii, ut ex ſequentibus patebit.

Ad Ann. 1161. ( rectius 1156. )

Fridericus Imperator ſecundum *Egghardum* diviſit Auſtriam à Ducatu Bavariæ, & *fecit de Auſtria ſpecialem Ducatum*, & dedit illum Henrico patruo ſuo. Ducatum vero Bajoariæ ſive Bavariæ dedit *Henrico Leoni* Duci Saxoniæ, eo quod in Romana expeditione ſe virilem & fidelem Cæſari oſtendiſſet.

Ad eundem Annum 1162.

Henricus Leo Dux Saxoniæ & Bavariæ *ſecundum Cronicum Saxonum*, dedit urbi *Lubeke* perpetuo omnes villas circumjacentes eam, & omnes manſos cultos & incultos, & poſuit *thelonium* & *monetam* in ea. Statuit etiam duobus diebus in hebdomada fieri *forum generale*, puta ſecunda & quinta feriis, & per hoc ſtatutum nundinæ annales ſunt ſopitæ, quæ annuatim conſueverant ibi eſſe, prout ſunt adhuc in vicinis civitatibus. Inſuper dedit eis de civibus autoritatem eligendi viros prudentes & honeſtos in *Conſules* & *Proconſules*, qui civitatem regerent. Huc usque enim habuerant ſolos *Burgimagiſtros* & *Sculletos*, prout in oppidis conſueverunt eſſe. Ordinavit etiam Henricus Dux, ut quolibet anno fiat tribus vicibus publice in foro *conventio & ſeſſio judiciaria advocatorum urbis*, in qua ſeſſione notario locum Principis tenenti Burgimagiſtri in ſignum ſubjectionis ſe humiliter præſentare tenebantur, & ab eo recipere judiciariæ poteſtatis auctoriratem. Et illa ſeſſio ſeu conventio vulgariter *Vogheding* nominatur, & obſervatur in præſenti tempore [* *Quæ poſtea Lubecenſes ab Imperatore Friderico obtinuerunt, petenda ex Excerptis, ad Ann. 1182. quæ habentur T. 2. Brunſuic. ſcript. Leibnit. p. 750.*]

Ad Ann. 1164.

Fridericus Imperator denuo Italiam ingreſſus *ſecundum Vincentium in Speculo*, obſidione magna ſecundario calcavit *Mediolanum* cum multis Principibus & Epiſcopis. Ad cujus obſidionem *Henricus Leo* Dux Saxoniæ & Bavariæ invitatus ab Imperarore, venit cum exer-

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0047 DFG

exercitu magno, habens in ſuo comitatu M. & D. milites. Imperatore autem urbem obſidente cives *captam Imperatricem* in contemptum Cæſaris *ſuper aſinam poſuerunt*, verſa facie ad caudam aſinæ, & ei caudam aſinæ pro freno ad manus tradentes, ad Imperatoris exercitum contumelioſe transmiſerunt. At ubi tunc veniret de aſina illa deponi noluit, niſi prius de Cæſare videretur ſic tractata, licet nobiles omnes hanc dehoneſtationem multum ægre ferrent, & eam deponere de aſina tentarent, ne Imperator in ejus contumelia nimis confunderetur. Videns autem Cæſar uxorem ſuam taliter venire, & conſiderans malitiam ciuium, ut prudens Princeps diſſimulavit pudorem riſu quodam formato, & conſolabatur Dominam ad patientiam eam hortando. Ad Septennium autem *ſecundum Egghardum* Cæſaris obſidio duravit, ſed tertio obſidionis anno *Henricus Leo*, Dux Bajoariæ & Saxoniæ licentiam ab Imperatore petiit repatriandi. (a) *favens Mediolanenſibus*, ob munerum copioſitatem ei par cives oblatorum, *ut vulgabatur*. Imperator autem ejus receſſu ſatis gravatus, humiliter petivit ut ſecum perſeveraret, ſed Henricus procaciter negavit. *Fredericus vero Imperator coram Duce ſe proſternens, & coronam ante pedes ſuos ponens, ſuppliciter precabatur ipſum, ut maneret*, ſed Optimates Henrici Ducis hoc diſuaſerunt, dicentes: *quod corona Imperii, quæ venit ad ejus pedes, procul dubio ſuper caput ejus aſcenſura eſſet.* Henricus ergo ſuperbus valde, nec Imperatorem levare voluit à terra, nec preces ejus exaudire. Quæ ut vidit Imperatrix, ipſum levans ait: Surgite Domine mi Sereniſſime, & memor eſtote caſus iſtius, & memor ſit omnipotens Deus, qui colla ſuperborum humiliat. *Ab illo ergo tempore fortuna potentiſſimi Ducis labefactari cœpit*, & Imperator ipſum cum omnibus Principibus humiliare cogitavit. Cives vero Mediolanenſes quamdiu poterant Cæſari reſiſtere laborabant. Sed tandem fame & penuria victualium coacti ſunt ad tradendam urbem in manus Imperatoris. *Henricus* autem *Leo* Dux Saxoniæ cum ſuis receſſerat, & *Reynaldi Archi Epiſcopus Colonienſis* provinciam, qui in obſidione cum Cæſare occupatus erat, intrauerat ad devaſtandam eam. Fredericus ergo Imperator urbe capta muros civitates & turres ſolo æquavit (b) & cives oneribus graviſſimis caſtigavit. Cum autem

omnes

omnes interficere diſponeret, *propter contumeliam uxori ſuæ factam, interventu Principum tali confuſibili obſequio à morte liberati ſunt, ut ſcilicet aſina ad palum fortiter ligata, & cauda ejus ſublevata quilibet civis in volvam ejus ficum poneret propria manu, & naſum ſuum ano aſinæ infigens, ficum devol a aſinæ dentibus ſuis extraheret, & devoraret.* (c) Quod cum plurimi de nobilioribus facere recuſarent, trucidati ſunt, alii furorem Cæſaris formidantes, unus alium prævenire enitens, genua ad poſteriora aſinæ flectebant, & mandatum regium ut vitam redimerent exequebantur. Quod quidem deteſtabile obſequium ab hora prima diei usque ad veſperas duravit, Cum autem multa millia hominum & præſertim potiores *taliter ficus devoraſſent*, Rex miſericordia motus, reliquis parcendum eſſe per præconem clamari fecit. Omnes tamen ſucceſſive bini & bini coram Imperatrice cadentes in terram, miſericordiam ejus implorabant.

(a) Henricus Leo Anno 1175. non fuit in Italia cum Imperatore, ſed evocatus ab illo *Clavennam* in Rhætis, ad colloquium pariter & auxilium, adfuit, *aurum & argentum cæterasque impenſas ad exercitum contrahendum, offerens, ſed tamen omnino ſalva gratia ipſius in perſona propria venire poſſe negans*, ut loquitur Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 15. qui majori veriſimilitudine, Cæſarem ad pedes Henrici procumbentem, *quanto opus levatum* affirmat, quam Albertus Stadenſis, ad Ann. 1177. & Chron. Mont. Sereni, obiter ad Ann. 1180. jacentem Cæſarem levatum negant. Excuſationem ætatis ingraveſcentis, quam Henricum prætendiſſe vult Arnoldus, ridendam judicat Brunnerus in Annal. Boicis ad dictum Ann. 1175. quod Henricus quadragenario vix major fuerit. Otto de S. Blaſio cap. 23. Henricum, *Goslariam ditiſſimam Saxoniæ civitatem jure beneficii pro donativo expetiiſſe*, ſed repulſam paſſum refert. Sigonius de regno Italiæ ad d. A. prodit, *Henricum religione tactum, ac pontificia, ut præ ſe tulerit, deteſtatione deterritum à Friderico diſceſſiſſe, ac ſecum magnam Germanorum abduxiſſe.* Dn. Pfeffingero in Vitriario Illuſtrato Lib. I. Tit. V. p. 585. veroſimile videtur, Ducem ſimul in mentem revocaſſe inſidias ſibi in Terra Sancta commoranti, ab Imperatore ſtructas, de quibus Gobelinus ætate 6. cap. 60. Saxo-

num quoque rebelliones timuiſſe. Conf. infra excerpta ad Ann. 1178.

(b) Excidium Mediolanenſe, de quo vide ſcriptores coævos, Burchardi Epiſtolam T. 1. Freheri Rer. Germ. Godefridum Colonienſem, ab hoc anno Chronicon ſuum exordientem, aliosque plures à Pfeffingero in Vitriario Illuſtrato Lib. I. Tit. V. p. 583. allegatos incidit in Annum 1162. Kornerus tempora haut diſtinxit.

(c) De turpi hac lege victis Mediolanenſibus præſcriptâ ſilent Hiſtorici ætati Friderici ſuppares. Neque tamen eam inter fabuloſe narrata referre auſim, cum Felix Faber ſimile quid in Hiſtoria Suevica tradiderit, ut ex *Gretſeri Rerum Variarum* L. 2. c. 8. p. 236. didici, ubi hæc leguntur: Habent Germani irriſionis & deſpectionis modum quem vocant, die Feygen weiſen, quaſi dicas, oſtendere alicui ficum, pollice per medium Indicis & medii digiti protenſo & oſtenſo, cujus originem narrat *Felix Fabri Lib. I. Hiſtoriæ Suevicæ c. 12.* hunc in modum, ubi agit de civitatis Mediolanenſis per Fridericum Imp. everſione. *Gwelſi Imperatricem cum ſuis ignominioſe poſuerunt ſuper aſinos averſis vultibus caudas eis pro frenis ad manus dantes. Hoc audito Imperator revenit, & reos facinoris coegit ſugere ficus de poſterioribus aſinorum, & inde eſt contumelioſum illud verbum: Tolle de fic: & illud turpe ſignum etiam inde venit, quo quis alteri oſtendit pollicem protenſum per medium duorum digitorum dicens: Oſculare hanc ficum. Hoc ſignum Italici moleſtiſſimo animo ferunt.* Hæc ille, neſcio quam vere. Quod Germani faciunt proprie συκοφαντεῖν dixeris, eſt enim ficum oſtendere: & eum qui oſtendit, συκοφάντην, tametſi Sycophantæ alia incunabula tribuunt &c.

Ad Ann. 1165.

Karolus Magnus de tumba elevatur Aquisgrani à Cæſare Friderico *ſecundum Egghardum*, cum magna frequentia Principum, & copioſa multitudine cleri, in hymnis & canticis Spiritualibus. Hæc tamen elevatio recitatur per alios facta non hoc anno, ſed poſt expugnationem urbis Mediolanenſis, in qua ad ſeptennium ſecundum quosdam, vel ad quinquennium ſecundum alios fuit occupatus.

Ad

Ad Ann. 1169.

Principes & nobiles, qui arrogantiam *Henrici Ducis Saxoniæ* pariter & extollentiam deteſtabantur, *ſecundum Egghardum*, ac forte ipſius proſperis ſucceſſibus invidebant, conſuluerunt Friderico Imperatori filio amitæ ejusdem Henrici Ducis, ut ipſum Henricum Leonem humiliaret. Quibus Imperator eo facilius & libentius aſſenſit, quia jam rancorem gravem contra ipſum in corde ſuo gerebat, propter verecundiam quam ſibi fecerat in obſidione urbis Mediolanenſis, à qua ipſe Henricus receſſerat cum ſuis, Imperatore invito, & ejus humilibus precibus parvipenſis. Propter quod *Imperator crimen læſæ Majeſtatis ei oppoſuit*, in præſentia Principum totius Alemanniæ, quos ad colloquium vocaverat in urbe *Merſeburg*. Et ex tunc de communi aſſenſu omnes illi Principes in ejus depoſitionem & privationem conſpirarunt, pariter & perſecutionem. Noluit tamen pro tunc Imperator aliquid contra ipſum attentare, ſed prius voluit ipſum legitime citari & manifeſte convinci.

Ad eund. Ann. 1169.

*Monaſterium Dobberarenſe* prope Roſtock Ordinis Ciſtercienſis ſecundum *Chronicas Lubicenſes* fundatur per Gunzelinum Comitem Zvverinenſem, vel ſecundum quosdam per Pribizlaum Obotritorum.

*Henricus Leo*, Dux Saxoniæ & Bavariæ, ſecundum Egghardum, uxorem ſuam *Clementiam*, *ſororem Bertoldi Ducis Zaringiæ*, repudiavit propter conſanguinitatis propinquitatem, * ut dicebatur; & ducit *Mechtildem*, filiam Regis Angliæ, devotam valde, & pauperum ac religioſorum amantem, cujus *nuptias in Brunſwik* magnifice celebravit.

* Helmoldus lib 2. c. 10 de Henrico Leone: *Separatus fuerat à priore conjuge, Domina Clementia, propter cognationis titulum. Habuit autem ex ea filiam, quam filio Conradi Regis* (Friderico de Rodenburg) *dedit in matrimonium, qui etiam in modico ſupervixit tempore, præventus immatura morte in expeditione Italica* &c. En ſchema genealogicum, ex quo ſanè arctam ſanguinis propinquitatem obtentui ſumtam exſculpere haud licet.

Henricus niger — Bertoldus II. Dux Sueviæ, uxor Agnes, Rudolfi Anticeſaris filia.

Henricus Superbus — Sophia Bertoldi III. uxor. — Bertoldus III. Dux Zaringiæ occiſus Molshemii 1122. — Conradus, Dux Zaringiæ poſt fratris obitum † 1152.

Henricus Leo Dux Bavar. & Saxon. — Clementia, uxor Henrici Leonis repudiata 1162.

Ad eund. Ann. 1169.

Henricus Leo Dux Saxoniæ & Bavariæ ſecundum Cronicam Saxonum, ſuper baſim lapideam erexit *effigiem Leonis ex ære fuſam in urbe Brunſwic.* *, prope Eccleſiam majorem, quaſi coliſeum ( an coloſſum? ) ſuum, cum ipſe Leo cognominaretur & eſſet animo.

* Erectionem Leonis ærei ad Ann. 1166. refert Albertus Stadenſis, & membrana S Blaſii p. 170. Maderi Antiquitatum: Ad Ann. 1168. Lerbeccii Chronicon Epiſcoporum Mindenſium T. 2. Leibnit. p. 178.

Ad Ann. 1171.

Frederico Imperatore *Erphordiæ* † terræ Thuringorum exiſtente *ſecundum Egghardum*, ſeptem Principes & multi nobiles cum fere centum militibus ſubmerſi ſunt in latrina, Imperatore vix ſe ſalvante, nullo tamen Epiſcopo vel Clerico ibidem pereunte aut periclitante. *Henricus* autem *Comes de Swatzeburg* ( *Swarzenborch.* Albertus Stadenſis ) ibi profundius corruit, qui aſſidue ſic jurare conſuevit, ſi hoc fecero vel dixero aut non fecero, ſubmergar in latrina. Imperator autem ea de cauſſa Erphordiam acceſſerat, ut Archi-Epiſcopum Moguntinum confirmaret, & Lantgravium Thuringium.

† Eandem hiſtoriam & curiam ad tempora Heinrici VI Regis & quidem ad Ann. 1183. referunt Albertus Stadenſis, & Chronicon Montis ſereni, Continuator Lamberti Schafnab & Godefridus Colonienſis obiter ad Ann. 1184. Henrici Comitis Schvvarzburgici patrem, avumque *Jobius in Stemmate Comitum Schvvarzburgicorum MS.* hoc ſchemate delineavit:

Albrecht. 1073. 1105.

Sizzo, Graf zu Schwartzburg 1109. 1151.

Heinrich / Graf zu Schwartzburg 1184. N. eine gebohrne Gräfin von Winzenberg.

Ad

Ad Ann. 1171.

*Pribizlaus* Obotritorum Princeps ſecundum *Cronicam Lubicenſem* ſedens quietus & contentus in portione terræ ſibi à *Duce Henrico* generoſe reſtitutæ, reſtauravit Urbes & oppida tempore guerræ vaſtata. Receperat namque à Duce prædicto omnem hæreditatem paternam terræ Obotritorum, præter *Zwerin* caſtrum & Urbem, ac pertinentia ad caſtrum. Quod quidem caſtrum cum ſuis attinentiis conſignavit *Gunzelino* & hæredibus ſuis perpetuo poſſidendum.

Ad Ann. 1172.

Pribizlaus regulus & Princeps Obotritorum ſecundum *Cronicam Lubicenſem* Urbem *Roſtock* de parvo oppido fundavit & ampliavit, trahens ipſam ad flumen *Warnowe*. Civibus autem dedit auctoritatem conſtituendi conſulatum juxta formam & modum civitatis Lubicanæ.

Ad Ann. 1177.

Henricus Epiſcopus Lubicenſis, ſecundum *Cronicam Lubicenſium*, fundato opere novellæ plantationis, *Monaſterio S. Johannis* in Urbe eadem, ipſam eccleſiam conſecravit, in die S. Ægidii Abbatis, aſſiſtentibus ei Ethelone præpoſito majoris Eccleſiæ, & Odone Decano. Sed quia propter paucos reditus epiſcopales eam dotare non poterat magnifice, contulit tamen eidem in dotem dimidiam villam *Tangheveld*, & aliam villam *Cleve* dictam, & tres dimidias decimationes in *Gladeburge* majori & minori, & in *Stubbekeſtorp*. Curtes etiam in civitate ſuis propriis denariis comparavit, perſolventes annuatim octo marcas; Et quosdam agros dedit in campo ejusdem civitatis, & ita omni devotione tenellæ plantationi inſiſtebat, non ſine magna æmulatione quorundam, qui ejus ſtudiis ſalutaribus invidebant.

Ad Ann 1178.

Mediolanenſis Urbs iterum Imperatorem Fridericum offendit *ſecundum Egghardum*. Contra quos Cæſar omnes Principes Alemanniæ in ſuum auxilium vocavit, & præſertim *Henricum Leonem*, Ducem Saxoniæ & Bavariæ. Ad cujus Imperium ſe omnes Principes paraverunt pariter & venerunt, præter Ducem Henricum. † Qui noluit contra civitatem illam venire, eo *quod dominium quoddam in ea à civibus recepiſſet*. Imperator ergo cum valida manu ipſam impugnans,

gnans, tandem ſecundario eam expugnavit, & funditus deſtruxit. Ipſa iterum tamen in paucis annis reſtaurata eſt.

† Vide quæ ſupra notavimus ad Ann. 1164.

Ad Ann. 1179.

Odalricus Epiſcopus Halberſtadenſis, ſecundum *Cronicam Saxonum*, occupavit montem *Hoppelberg*, firmans illic præſidium, & adjuvabant eum manus Orientalium principum. Quod audiens *Henricus Leo* deſtitutus Dux, venit illuc cum multitudine armatorum, & fugatis hoſtibus fregit munitionem, at illi reſumptis viribus cœpto operi inſtiterunt. Cumque ſecundo occurreret eis Henricus Leo, illi invaleſcentes exercitum Henrici in fugam verterunt, & pluribus captivatis ſpolia multa abduxerunt; Multi autem perierunt ibidem ſuffocati in locis paluſtribus. Defunctus eſt etiam tunc temporis *Henricus Comes, vitricus Comitis Adolfi*, Nordalbingiæ adoleſcentis, cujus *mater Mechtildis*, prudens & religioſa relicta Adolfi à Slavis nuper interfecti, domum illius & Comitiam prudenter regebat.

Ad eundem Ann. 1179.

Fridericus Imperator *ſolennem curiam* tenuit *in Herbipoli*, ſecundum Vincentium in Speculo. In qua congregati extiterunt plures Principes ſeculares & ſpirituales. Ad hanc curiam citaverat Imperator peremptorie *Henricum Leonem*, Ducem Saxoniæ, Angariæ & Bavariæ. Cum auten jam tertio citatus non compareret, de communi conſenſu omnium Principum àb *omni Ducatu, dignitate, gloria & honore militari*, quos vel quas idem Dux in feodum à Romano Imperio acceperat, aut Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, vel quibuscunque perſonis eccleſiaſticis receperat & tenuerat, *deſtituitur* & privatur auctoritate imperiali. Facta eſt autem hæc deſtitutio & privatio in *Geylebuſen Dominica Judica*. *Chronica* tamen *Slavorum* diſcrepat à prædictis & de loco curiæ, & de modo proceſſus judicialis. Dicit enim ſic: Imperator Fridericus reverſus de Italia poſuit curiam ſuam in Wormacia, & ad ipſam citavit Henricum Ducem Saxoniæ ad comparendum ibidem & ad reſpondendum objiciendis. Quod intelligens Dux Henricus venire diſſimulavit. [* *Cætera quæ ſequuntur in Korneri Chronico, deſumta ſunt ex Arnoldi Lubec. lib. 2. cap. 24. niſi quod liber editus à Korneri MSto paululum diſcrepet in extremo capitis.*

*tis.* *Arnoldus enim ita ſcribit:* Et Bernardum Comitem de Anhald pro eo Ducem conſtituit, & Epiſcopis ut ſua reciperent, quæ in beneficio habuerant, mandat, & bona ejus publicari præcepit. *Kornerus vero ſic legit:* Bernhardum Comitem de Anehald pro eo Ducem Saxoniæ conſtituit, & Epiſcopis ut ſua reciperent, quæ in beneficiis ab eis habuerat, mandavit.]

*Pergit Kornerus:* Imperator autem ulterius contra ipſum ſæviens Ducatum Bajoariæ ſeu Bavariæ patruis Henrici Leonis dimiſit. *Ducatum* vero *Angariæ* ſive Weſtphaliæ dedit Eccleſiæ Colonienſi, pro eo quod Reynoldus Archi-Epiſcopus Golonienſis ei fidelis Coadjutor in expugnatione Urbium Italicarum extitiſſet, & illo in tempore Henricus Leo ab Imperatore indignanter recedens, Diœceſim ſuam invaſiſſet, & vim gravem intuliſſet. A prædicto autem Comite loco Henrici Leonis Duce Saxoniæ facto, omnes Duces Saxoniæ moderni proceſſerunt.

Ad eund. Annum 1179.

Philippus Archi-Epiſcopus Colonienſis, *ſecundum Wilhelmum*, Ducatum *Angariæ* ſive Weſtphaliæ accepit à Friderico Imperatore † in beneficium perpetuum Eccleſiæ Colonienſi incorporatum. In cujus donationis firmitatem irrevocabilem dictus Philippus Archi-Epiſcopus largitus eſt ad expenſarum relevamen Imperatori prælibato V. millia florenorum.

† Diploma Friderici Imp. quo Philippo Colonienſi Ducatus *VVeſtphaliæ & Angariæ* traditur, deſcriptum ex authentico ſigillato Bullâ ex puro auro, integrum inſeruit Ægidius Gelenius Tractatui de magnitudine Coloniæ Agrippinenſis p. 73. ex quo Limnæus, Schatenius, & Lünigius illud mutuati ſunt.

Hic Philippus caſtrum *Rynekke*, quod Reynoldus ædificare inceperat, perfecit & caſtellanis munivit. Fundavit etiam caſtrum *Permund* ſuper Wiſeram flumen. Curtem autem in *Sozato* decenter ædificavit, & ſimiliter in *Rekelinghuſen.* Inſuper curtem in *Brule*, in *Lethenich*, in *Rudenque.* Caſtrum in *Aſpele* prope Reez fundavit. Emit & plura caſtra puta *Waſſenberg, Rydeke, Deeſt, Olebugge, Are, Kemperich, Burgethen, Blankenburg, Dale, Nuwenburg, Froylbrecht, Tekkeneburg, Wyſckeue, Hoye, Hagghene, Iſtere,* & plura alia. Proprietatem autem horum caſtrorum dedit B. Petro. Sed principibus & terrarum Dominis

nis dedit quædam ex jure feodali poſſidenda. Philippus iſte coronavit Henricum filium Friderici Imperatoris in Regem Romanorum Aquisgrani.

Ad Ann. 1180. (rectius 1182.)

Wichmannus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis *ſecundum Eggbardum* reduxit Henricum Leonem in gratiam Imperatoris cum filiis ſcilicet *Ottone*, qui poſtea factus fuit Imperator, *Henrico & Wilhelmo*, tali conditione interpoſita, *ut renunciaret omni impetitioni & juri quod habuerat in Ducatibus, puta Bavariæ & Saxoniæ ac Angariæ, juribus illis demptis, quæ in dominiis habebat Brunſvicenſi ſcilicet & Luneburgenſi.* Quod efficaciter fecit. Cum hoc etiam abjuravit terram propriam in tribus annis ſe non viſurum, ſed *exilium per triennium* illud patienter ſe paſſurum ſpopondit. Et ſic ipſe & filii ſui ferè per ſpatium LVI. annorum *nullum alium titulum* * *habuerunt præter illum quod Domini nuncuparentur de Luneburg & Brunſvic, usque ad Ottonem*, filium VVilhelmi, quem Fridericus ſecundus fecit Ducem, & Dominium illud Brunſvicenſe commutavit in Ducatum.

* Godefridus Colon. ad Ann. 1181. *Ille quondam famoſiſſimus & potentiſſimus in Rom. Imperio Dux Henricus Dei voluntate humiliatus & dejectus, tandem ad deditionem venit, ſententia cunctorum Principum nomine & officio Principis privatur; quicquid ab Imperio & Epiſcopis habuit, ei aufertur, finibus Imperii tribus annis cedere cogitur.* Magnum Chronicon Belgicum pag. 192. *Imperator de conſenſu Principum & Optimatum Imperii, per ſententiam eorundem Henricum illum depoſuit & privavit honore & nomine Ducatus. &c.* Chronicon Luneburgicum Tom. 3. Leibnit. p. 174. *Hertoch Hinrich hadde dre Sons, Otto, de na tho Keiſer koren vvart, de ander Hinrich, de drudde VVilhelm, de heteden de Herren van Brunſchvvick und Luneborch mehre vvenn 70. Jar, und hadden nene hoger Namen noch andere Titel.* Der Teutſche Aventinus im ſechſten Buch f. 741. Der Kayſer wurd von Stund an mit Bapſt Alexandro eins/ und macht ſich heraus über den Hertzog/ entſetzt ihn aller ſeiner Ehr/nennt ihn den Edelmann von Braunſchweig Ipſe Imperator Fridericus, in Diplomate proſcripto Henrico Duce Ann. 1180. Ratisponæ Menſe Julio dato, quo Adelberto Friſingenſi Epiſcopo forum in Veringen cum ponte, à Duce olim ablatum & in villam Munchen translatum, reſtituit, apud Hundium T. I. Metropoleos Salisburgenſis p. 115. in Epiſc. Friſingenſ. his verbis uſus: *Nobilis Vir. Heinricus de Brunſvvick, quondam Dux Bavariæ & Saxoniæ* &c. qui rebus adhuc florentibus in alio Diplomate Ann. 1158. Ottoni Friſingenſi, ſuper Teloneo in Veringen conceſſo, l. c. p. 114. ab eodem Imperatore appel-

latus

latus fuerat, *nobiliſſimus conſanguineus noſter Heinricus Dux Bavariæ & Saxoniæ.*

Ad Ann. 1181.

*Kornerus recitatis ad hunc Annum Arnoldi Lubecenſis verbis, quæ habentur Lib. 2. c. 30. addit:*

Henricus autem Leo Dux deſtitutus *vexilla* omnium, de quibus victoriam ei Deus conceſſerat in anno præcedenti de Weſtphalis coram Oſnaburgam, puta Simonis Comitis de Tekenenburg, Hermanni Comitis de Ravensberg, Henrici Comitis de Arnsberg, & Wedikini Comitis de Svvalenberg (quorum mentio fit apud Arnoldum lib. 2. c. 27.) ac vexilla Thuringorum, quos coram *Northuſen* vicerat (Arnold. lib. 2. c. 30.) & *Molhuſen*, urbibus Imperii, puta Lodovvici Lantgravii, & Hermanni Palatini, nec non Odalrici Epiſcopi Halberſtadenſis, ſecum detulit Brunſvvic, & poſuit ea in Eccleſia S. Blaſii, ubi pendent hodierna die. Ad captivos autem redimendos miſſus fuit *nigromanticus quidam* cum Legatis, quod cum Dux Henricus percepiſſet, quaſi gratis eos libertati dedit, dicens. Nolo, quod vos diabolo tradatis, cum ſitis conſanguinei mei. Illis autem diebus ædificavit Henricus Leo duo caſtra in terra ſua *Langhenſteen* & *Horneburg*, ut ab ipſis ſe defenderet de hoſtibus ſuis.

Ad eund. Ann. 1181. ex Egghardo.

Tunc Imperator veniens occupavit *montem excelſum* prope Goslariam, qui *mons fractus* dicitur *id eſt Brokenberg*, & reædificavit ibidem *caſtrum Hartesburg*, firmans ipſum valido muro.

Ad Ann. 1186.

Heinricus Rex Romanorum, Friderici Imperatoris filius, duxit in Italia in uxorem *ſecundum Vincentium*, Conſtantiam Wilhelmi Siculi amitam, & celebravit nuptias in confinibus Papienſium & Mantuanorum. Cui ſolemnitati intererant nedum Principes & nobiles Italiæ, ſed & Alemanniæ. Numenis autem militum, qui in dictis nuptiis fuerunt C. XL. [credo *millia* ſubintelligenda] absque reliquo vulgo.

Monaſterium in *Reynevelde* fundatur ab Adolfo Comite Holſatorum, ſecundum Continuatorem Cronicæ Slavorum, & locantur in

eo fratres *Ordinis Ciſtercienſis*, & perficitur in quinto anno poſt inceptionem.

Ad Ann. 1187.

*Otto Marchio Brandenburgenſis* obiit ſecundum *Egghardum*. Cui in principatu ſucceſſit *Henricus filius* ſuus. Hic Henricus hoc anno fundavit Eccleſiam S. Nicolai in *Stendal* terræ ſuæ.

Ad Ann. 1188.

Philippus Archi-Ep. Colonienſis Philippum Regem Francorum *ſecundum Wilhelmum*, & Baldovvinum Comitem Hannoniæ terrore ſuo ad hoc coegit, ut ipſi proprias terras ſuas longe lateque incendiis vaſtarent, ne prædictus Archi-Epiſcopus cum ſuo exercitu valeret ad eos pervenire. Hic Philippus Archi-Epiſcopus in Feſto Palmarum *ſolennem curiam Coloniæ* tenuit, cui Philippus Comes Flandriæ, *Lodowicus Lantgravius Thuringiæ*, Epiſcopi Monaſterienſis & Eyſtenſis [l. Eyſtetenſis] ac omnes nobiles terrarum eorundem numero circiter IIII [millia puto] intererant. Unde indignatus Fredericus Imperator, & oblitus ſerviciorum illius, contra Archi-Epiſcopum præfatum cum Rege Francorum eſt confœderatus. Et ob hoc pontem per Moſellam flumen fieri juſſit. Sed Archi-Epiſcopus Dei fultus auxilio ipſum pontem violenter abſtulit, & omnes Machinationes ejus eluſit.

Finis Excerptorum ex Chronico Hermanni Korneri MS.

---

# XVII.

*Additamentum ad Excerpta ex Hermanni Korneri Chronico MSto ad Ann. 1169. ſive Proſapia Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis Magnæ Britanniæ nunc regnantis, Georgii Ludovici, Ducis Brunſvic. & Luneb. S. Rom. Imperii Archi Theſaurarii & Electoris, à VVilhelmo Conquæſtore derivata. (Futuris nundinis Lipſienſibus cum probationibus & notis J. F. Felleri iterum proditura.)*

Wil-

WIlhelmus Rex Angliæ. † 6. Sept. 1087.

|

Henricus I. Rex Angliæ. † 1135.

|

Mathildis, Angliæ hæres, uxor Gaufridi, ſive Godefridi Plantagenetæ, Comitis *Andegavenſis.* † 1167.

|

Henricus II. Rex Angliæ. † 1189.

|

Mathildis, uxor altera *Henrici Leonis*, Ducis Bavariæ & Saxoniæ. † 1189.

|

Wilhelmus de Luneburg, natus apud *Wintoniam*, cum pater & mater in Anglia commorarentur, A. 1184. denatus 1213.

|

Otto puer, *primus Dux* Brunſvic. & Luneb. † 1252.

|

Albertus Magnus. † 1279.

|

Albertus pinguis. † 1318.

|

Magnus. † 1368.

|

Magnus Torquatus. † 1373.

|

Bernhardus. † 1434.

|

Fridericus devotus. † 1478.

|

Otto Victoriofus, ante patrem obiit. 1471.

|

Henricus. † 1532.

|

Erneſtus. † 1546.

|

VVilhelmus. † 1592.

Georgius. † 1641.

ERNESTUS AUGUSTUS, *primus Elector* Brunſvic. & Luneb. † 1698.

GEORGIUS LUDOVICUS, *Rex magnæ Britanniæ* proclamatus Londini d. 12. Aug. coronatus, d. 31. Octobr. 1714.

GEORGIUS AUGUSTUS, Princeps VValliæ.

---

## XVIII.

## Extracte aus ungedruckten Briefen.

### 1. *Extract*

### Aus Eraſmi Hofmanns Schreiben an N. N. unterm dato Amſterdam / den 2. Maij ſtil. nov. 1673.

### Von der wahren Theoſophia.

ICh habe bißhero noch manchen Streit hindurch gemuſt. Dienet aber alles zum beſten / und vermehret die Erfahrung. Unſer Heil in Chriſto iſt höher / als wir begreiffen können. Die Decke iſt allzu grob / darunter es verborgen liegt. Die Krafft der Unſterbligkeit / ſo ſich öffnet durch die Wiedergeburt in dem neuen Menſchen / iſt nicht nur eine qualitas, ſondern noch was edlers und höhers ; das Geheimniß iſt aber groß. Vernunfft und Gelahrtheit erreicht es nicht / darinnen ſich ſpiegeln die Uberſchattungen GOttes. *Theoſophia* ſtehet im ſterben und verleugnen / und ausgehen aus ihm ſelber / damit GOtt ſeine verlohrne Stätte in dem Menſchen könne wieder einnehmen / die neue Creatur ſchöpffen / ſein

ſein Bild erneuern / und alſo den Zweck der Verſöhnung und Wiederbringung ſeines Sohns erreichen. So tieff der Menſch durch Adam in die Finſterniß / Eitelkeit / Zorn und Verderben gefallen / ſo hoch iſt er durch Chriſtum wieder in das Licht / den Seegen und Kindſchafft verſetzet. Es läſt ſich aber nicht in eignen Willen ergreiffen. Es iſt Gnade. So viel der HErr öffnet / ſo viel ſehen wir / ſo viel ſich die Strahlen des Glantzes GOttes äuſſern / ſo viel erkennen wir. Ein ieglicher nach ſeiner Maſſe und Eigenſchafft. Das Hertz muß aber aufrichtig ſeyn. Manchmahl könnten wir weiter und höher kommen / ſtünden wir uns nicht ſelber im liechten. GOtt iſt ein Licht / und ein ſubtiles / reines / klares / heiliges Weſen / und liebet Seelen / die ſich mit rechtem Ernſt durch eindringen im Blute Chriſti waſchen ; In ſolchen durch Chriſti Blut gereinigten Grund ergieſſet ſich denn der Glantz Göttliches Lichtes. Der äuſſere Menſch lieget gefangen in der Grobheit / und ſtehet im Eckel. Er iſt verderbet und vergifftet durch die Sünde. Darinne findet GOtt keine Wohnung. Ohne daß zuweilen der Glantz und die Krafft des neuen Menſchens den alten durchdringet / darüber er wohl freudig und zittrend wird / es währet aber nicht lange / gehet bald wieder zurück. Die Perle gehöret dem Leibe der Auferſtehung ; dem Leibe der Sünden aber gehöret das Creutz und die Verweſung. Geliebter Herr / laſſet uns wandeln als die Klugen. Hier iſt die Zeit des Streits / und wir wiſſen / daß den Uberwindern eine herrliche Crone beygeleget.

Unſer Hauß-Patron Bruder Charias iſt im HErrn ſeelig entſchlaffen. Gieng mit einem Alleluja ein in die ewige Freude. War 34. Jahr alt. Iſt zu Campen Prediger geweſen / und allda ausgeſtoſſen worden. War in der Vereinigung mit GOtt und inwendiger Erfahrung weit gekommen. Fabritius iſt auch entſchlaffen / war ein herrlicher / freudiger Glaubens-Mann / der viel Verfolgung erlitten. Holland muß den Zorn GOttes fühlen / welches bekant. Man beſſert ſich aber wenig. Welt bleibet Welt. Der Feind iſt uns ſehr nahe. Wird nur von Waſſer abgehalten. Anders ſolten wir ihm längſt vor Amſterdam gehabt

 habt

habt haben. Chriſtus ſagt/ fürchtet euch nicht/ wenn es alſo gehet. Obgleich der Gefahr entgehen wollen/ konte doch zu keiner resolution kommen/ muſte ſtill halten und bleiben/ und GOttes wunderbare Güte/ Schutz und Verbergung vor dem Wachen und Aufziehen erfahren. Seine Wege ſind wunderbar/ erkennen ſie erſt darnach.

## 2. Extract

## Aus M. J. W. Schreiben an A. F. ſub dato Gießen den 29. Aug. 1679. von D. Menzeri zu Darmſtadt Tode/ Strittigkeiten etlicher Theologen/ und Holtermanni Schrifften.

VOr die ietzo überſendete gottſeelige Paræneſin ad viros politicos ſage hohen Danck. Freylich wäre zu wünſchen/ daß wir nicht allein keine ſervi, ſondern gar nicht mancipia negotiorum civilium ſeyn möchten/ aber novem ubi ſunt? Und zwar iſt die ietzige böſe Welt ſo geſinnet/ daß auch die Geiſtlichen in ihren meditationibus ſacris mehr erbichtet ſeyn auf das Zeitliche/ wie ſie nur die Ihrigen wollen reich machen/ und gut in der Welt ans Bret bringen/ als wie ſie dieſelben wollen zum Himmel befördern. Es iſt ietzo Menzerus tod/ da iſt die Frage/ wie doch möge verhütet werden/ damit kein Spenerianer/ ut ſolent loqui, möge hergebracht werden/ und zwar aus keiner andern Urſach/ als daß vielleicht ein ſolcher frommer Prediger möchte manchen gottloſen/ ſtoltzen/ eigenſinnigen und geitzigen Clerico weiſen/ woran es ihm fehlte. Ich hoffe aber doch zu GOTT/ es werde geſchehen/ was gut und heilſam ſey/ bevorab/ weil unſer Herr Præſident, der Herr von Gemmingen/ ein gottſeeliger und kluger Herr iſt/ der zum theil ſiehet/ was wir vor Leute um und neben uns haben. Der liebe Herr D. Strauch betauret offt den leidigen Zuſtand. GOtt weiß/ daß ich ein Liebhaber des heiligen Miniſterii bin/ aber nur der Miniſtrorum heimtückiſche Tücke

kan

kan ich nicht leiden / ſie mögen gleich ſo lange Mäntel tragen/ als ſie immer wollen. Möchte wünſchen / daß Herr Winckler h. t. Paſtor Wertheimenſis, noch in Darmſtadt wäre / der ſolte viel Gutes ins künfftige ausrichten. Noſter ſtatus academicus eſt afflictiſſimus, ob hactenus neglectam à magnis ſacerdotibus noſtris diſciplinam. Jetzo muß der Unſchuldige leiden mit den Schuldigen &c.

Ja wohl iſt auch zu beklagen infelix eccleſiæ noſtræ ſtatus. Wie machen die Theologi einander aus / was vor harte Schrifften hat doch Muſæus und Calixtus contra Calovium * herausgegeben. Sind das die bona opera neceſſaria ad ſalutem ? &c. Wolte GOtt / die Theologi lieſſen ſich doch endlich von den Juriſconſultis und Politicis ** weiſen / und folgten nur den wenigen / was M. H. Herr in ſeinem gottſeligen Scripto de modo & ratione refutandi alios wohl erinnert / weil ſie einander ſelbſt nicht wollen hören / aſt ſurdis narratur fabula.

* Hingegen hat auch der ſeel. D. Muſæus leiden müſſen, daß man ihn in den Wittebergiſchen Syſtematibus faſt in allen Articuln in antitheſi inter Syncretiſtas geſetzt hat, und daß Calovius in ſeinen Rumore ἀδεσπότῳ von ihm geſchrieben: Alſo müſſen alle Feinde der Wahrheit und Freunde der Lügen zu ſchanden werden auch die Muſäaner. Henricus à Lith ſchrieb an A. F. anno 1676. dieſes: Calovianæ iterum iræ adverſus Calixtum exardeſcunt, & hæ viciſſim ingruunt non ſine ſcandalo Eccleſiæ, & ſtudioſorum perturbationibus. Hæ ſunt lites ſcholaſticæ, à quibus Apoſtolus cavendum eſſe monet. Es wäre zu wünſchen, daß an den Evangeliſchen Höfen in Schwanck käme, was J. W. an A. F. Anno 1682. von dem Darmſtädtiſchen Hof berichtete: Es iſt vor wenig Jahren von Hofe aus denen Profeſſorn zu Gießen ausdrücklich verbothen / das geringſte nicht absque præſcitu & conſenſu Aulæ Sereniſſimæ wider einen einigen ihrer Confeſſions-Verwandten in Druck zu geben.

ben. Dahero auch unlängſt Facultas Theologica Bedencken getragen / einige Præfation vor Hn. D. Calovii Hiſtoriam Syncretiſmi ( welche hernach annulliret) zu machen.

** Auf gleichen Schlag ſchrieb C. T. an A. F. d. 15. April. 1697. Es gereichet mir zu nicht geringer conſolation bey den vielen contradictionen und odiis, daß M. H. Herr als ein gottſeliger JCtus einen Geſchmack an meinen wenigen Schrifften gefunden, und iſt freylich an dem, daß es ſcheinet, als ob bey dieſen letzten Zeiten und greulicher Verwirrung des Cleri GOtt Politicos und Juriſten erwecken wolle, die Wahrheit auszubreiten, maſſen ſich dann der grundgütige Vater M. H. Herrn nun viele Jahre her bedienet, die Bahne zu brechen, und andern dadurch Gelegenheit gegeben ins Holtz immer ſtärcker einzuhauen.

## Aus vorbemelten M. J. W. Schreiben 1681.

Holtermannus, der bißhero de nequitia Advocatorum, de monſtroſo Juriſconſulto, wie ingleichen de vario Juris uſu & abuſu in Curiis & Cancellariis geſchrieben / hätte wohl den Muth genommen *de peccatis Clericorum* zu ſchreiben / wenn Ihm nur GOtt das Leben länger gönnen wollen / als welcher vor einiger Zeit zu Marpurg entſchlaffen.

## 3. *Extract.*

# Aus des ſeligen Herrn D. Joh. Bened. Carpzovii Schreiben an N. N. aus Leipzig d. 7. Septemb. 1687. von D. Pfuels Streit mit D. Rango, und D. Wolfens mit D. Schomern.

IN Stettin iſt zwiſchen D. Pfueln / Gymnaſii daſelbſt Rectorn, und D. Rango über einigen Theologiſchen Fragen (die wir allhier in unſerer Facultät in Cenſur gehabt / und wohl hätten unterbleiben mögen) ein ärgerlicher Streit; verfahren bereits gegeneinander Scriptis publicè impreſſis, abſonderlich was die Phraſin Lutheri, *de aqua Baptiſmi Deificatâ*, betrifft / & an Chriſtus dici poſſit hodie cum credentibus & in credentibus mori & ſepeliri? welches beydes D. Pfuel affirmiret / und in Programmatibus Gymnaſticis defendiret / D. Rango ſcharff impugniret in einem Tractat, darinnen zwar einige eruditio theologica, ſed parum pietatis zu ſpüren. Dergleichen Streit iſt in Roſtock zwiſchen D. Franciſco VVolfio, und D. Schomero, de formali peccati Orriginalis merè privativo an poſitivo, deren jenes VVolfius, dieſes Schomerus behaupten wollen; haben beyderſeits ihre edirten Scripta ad Facultatem noſtram geſchickt / und bittet iedweder um Beyfall. Der Herr Pufendorf hat wider unſern Herrn D. Alberti ein unchriſtliches Satyriſches Scriptum herausgegeben / 7. Bogen lang / ſo man um 8. Groſchen über 1000. Exemplar allhier in einem Tage vertrieben. Iſt zu bejammern / daß GOttes verliehene herrliche Gaben ſo gemißbrauchet werden. Vorermeldter D. Rango hat ietzo unter Handen ein Scriptum de Trihæreſio noſtri temporis, Arndianiſmo, Spenerianiſmo & Scriverianiſmo. Giebet vor / es ſey nunmehr um die Chur- und Fürſtlichen Sächſiſchen Univerſitäten gethan / quà facultates Theologicas, weil kein Orthodoxus Theologus mehr darauf zu finden / und werde noch ſchlimmer werden / nachdem Herr D. Spener in unſere Lande kommen. Er

hat aus einigen Scriptis Herrn Scriveri bereits einen Extract vieler irrigen Reden gemachet / derer Irrthum er faſt nur daher probiret / weil er dieſe Locutiones aus Arnds Schrifften erborget / Arnd aber ein Ertz-Weigelianer geweſen ſey. Solches hat er der Königin in Schweden zugeſendet / welche es aber iemand unterſuchen und refutiren laſſen.

## 4. *Dimiſſions-Reſcript,*

### Welches am Chur-Sächſiſchen Hofe dem ſeel. Herrn D. Spenern A. 1691. ertheilet worden.

Von GOttes Gnaden Johann Georg III. Hertzog zu Sachſen &c.

Würdiger / Hochgelahrter Rath / lieber Andächtiger.

AN Uns haben des Chur-Fürſten von Brandenburg Liebden unterm dato Cöln an der Spree / den erſten dieſes Monats geſchrieben / und dabey freund-vetterlich erſuchet / Wir geruhen möchten Sr. Liebden euch dahin zu überlaſſen / weilen Sie geſonnen wären / die vacirende Probſtey und Inſpectorat bey der Kirchen zu S. Nicolai, in Ihrer Reſidenz-Stadt Berlin / nebſt einer Rathsſtelle zu dem Conſiſtorio daſelbſt / durch eure Perſon zu erſetzen. Nun Wir dann Sr. Liebden in dieſem Anſuchen nicht entſtehen mögen / ſondern beſagte Uberlaſſung zugeſtanden / auch bereit in dieſer conformität deroſelben wieder geantwortet / ſo haben Wir euch hiervon in Zeiten Nachricht geben / und ſolche Unſere Meinung darinnen unverhalten seyn laſſen wollen / damit ihr bey Einlangung der Chur-Brandenburgiſchen vocation euch darnach richten könnet. Auf daß ihr aber noch auſſer Unſern Dienſten Unſern euch und den Eurigen zutragende Gnade erkennen / und deroſelben geſichert ſeyn möget; Als haben Wir verordnet / daß neben denen Reiß-Unkoſten / auch die eurer Hauß-Frauen ſonſt verſprochene Gnaden-Gelder / nicht allein von dato an dieſes

ſes gnädigſten Dimiſſions-Reſcripts , aus Unſerer Fleiſch-Steuer-Caſſe zu denen gewöhnlichen Quatember-Zeiten gegen Quittung jährlich bezahlet / ſondern auch damit ad dies vitæ continuiret / und ihr unweigerlich abgefolget werden ſollen. Ubrigen werden Wir euch und den Eurigen nicht weniger in andern Gelegenheiten Unſere Gnade zu erweiſen unvergeſſen ſeyn / und haben euch ſolches alles nicht verhalten wollen. Gegeben auf Unſerm Schloß Harttenfelß zu Torgau den 31. Martii Anno 1691,

**Johann Georg III. Churfürſt.**

*Tit.*

Dem Würdigen und Hochgelahrten / Unſern Ober-Hof-Predigern / Beicht-Vater / des Ober-Conſiſtorii zu Dreßden Rath und Aſſeſſoren / Lieben / Andächtigen und Getreuen / **Philip Jacob Spenern** / der Heil. Schrifft Doctorn.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0067 DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825815894/phys_0070
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn825815894/phys_0072
DFG

Eraſmus von
407.
dos und molles
551.
.
n Erbbiſthums
151. Verände-
mit vorgegangen
unterworffene
154.
Hiſtorie MSC.
Torquati 51.
Streit mit
gen des Sitzes
383.
afft, will ſich den
n Hertzogen
280.
ſandter, was Er
in Tractament
235.
ſe im Reichs-
man dabey ver-
220.
Præceptum an-
vici III. 239.
Aucupis Ge-
149. 150. Va-
her 2. Sterbe-
4.
ltzgraf Ezonis
4.
adi Hertzogs in
mahlin Ankunfft
e Vermählung

mit H. Friedrichen von Loth-
ringen ibid.
Mathildis, Königs Henrici I. in Engelland Gemahlin, verwünſchet ihre Frucht 297. begiebt ſich in ein Cloſter 298. und ſtirbt allda 299.
Mathildis, erſtlich Käyſers Henrici V. Gemahlin 301. 302. hernach Gottfrieds Gräfens von Anjou 303. Erzeugte Söhne mit dieſem 303. wird von der Crone verdrungen 310. vergleicht ſich wegen der Succeſſion ihres Sohns und ſtirbt 310. 316.
Mathildis, Wilh. Conqvæſtoris Gemahlin, Kinder, Abſterben, und Begräbnüß 281. 282.
Mathildis Comitiſſæ in Italien, Väterliche und Mütterliche Stam̃ Linie 87. 88. Verwandnüß mit den Käyſern Henrico III. IV. V. 91. wird von Roberto, Hertzog in der Normandie, zur Ehe begehrt 290. Erſte Vermählung mit Godefrido Gibbere 94. verliert das Hertzogthum Lothringen 97. andere Vermählung mit Welfone V. unglücklich 97. Liebes Händel mit Pabſt Gregorio VII. 101. Ihr Abſterben und Grabmahl 102. Lebens-Beſchreibungen 113. hat dem Pabſt ihre allodia geſchenckt 104.